Hac dixit (verba sunt d. Chrysost. loquentis de Baptismo) non prohibens illos dicere ex illo se esse, sed prohibet in hoc confidere, virtuti animae non innitentes. Et quamvis confidentiam in Abrahamo expressit, confidentiam autem in Sara non sine mysterio per tacite permisit; quippe quae Deiparam Mariam effugiabat: et in Mariae quae unquam, rigidus quantumvis rebus, posset excludere confidentiam, nec per umbram.

Applicatur

ad Dominica, 3. quadrag.

Extollens vocem quaedam mulier. quomodo una mulier de turba ausa fuit vocem extollere, inter tot inimicos Christi, et



Parallela Biblica

et inter tot demones inferni quia nemo poterat confidentiam  
in Maria a catholico peccato removere, Beatus ventris, qui  
te portavit, et ubera, que suxisti. Dum mulier illa quasi in-  
vitesceratur in Desipara caelestem merito respirat confidentiam

Parallely. 14

Eccl. 1. facies Aquila desuper  
ipsorum quatuor

Apoc. 12. Data sunt mulieri  
ala due Aquila magne

Dubitatur

si due ala Aquila data sunt mulieri, quomodo

Aquila desuper ipsorum quatuor potuit  
volatum extollere?

Respondetur

quid quid in Mariae obsequium impenditur, honore quadru-  
plici ingeminatur. Commodet Aquila Mariae pennas ardeas, datae  
sunt mulieri ala due aquila. Et inde quadruplum licentiam a quibus  
experitur, siquidem facies Aquila desuper ipsorum quatuor emi-  
nebat, alius que volebat. qui igitur e Desipara elucidarijs excellen-  
tiarum tuarum suas non generabitur plumas, cum tam nobili ne-  
gotiatione tam celsis superlucretur volatus?

Applicatur

ad Dominicam 3. Quadrage.

Extollens vocem quodam mulier de turba; vocem de turba  
ignobili eximit, et ad maiestatem divini throni fastigiis, qui se lau-  
dibus Beigenitrici impendit, dicens: Beatus ventris, qui te portavit, et  
ubera, que suxisti

illud adverte, quod  
exim parvulum vir  
factus est, mulier in-  
tra paradysum d. Aug  
l. 8. l. 10. g. Quasi inna-  
tus locus feminis est  
panis d. 7. vini que ex-  
moneat.

Parallely. 15.

Genes. 37. v. 9. Vidi. stellas undecim  
cum adorare me

Apoc. 12. v. 3. In capite eius co-  
rona stellarum duodecim.

Dubitatur

Quare plures stelle irradiorunt in femina:  
et quae plures fluxerunt in vino?



## Respondetur

\* Plures feminae, quam viri in stellas abibunt, quia plures feminae, quam viri salvabuntur. Ipsa enim femina pientiores viris, a negotijs, litibus, contractibus, et bellis <sup>adulterij</sup> abstracte, et consequenter paucioribus animae periculis irretite. Et inter innumera familiarum elogia, quae feminis possunt adaggerari, illud mihi maximum semper erit, nimirum, Christum. d. a nulla femina ullam iniuriam unquam accepisse, sed innumera obsequia a multis feminis adnumerasse.

## Applicatur

ad Dominicam. 3. quadrage.

Extollens vocem quaedam mulier. Egregium feminae erga salvatorem obsequium! Beatus venter, qui te portavit, et vbera, quae suxisti. In obsequiorum obsequium protestantissimum, et hoc a femina, scilicet a dei parva, praestitum. quod in evangelio legitur, obsequia sunt feminarum erga Dominum, et e contra Daemonum, et hominum iniuria, tormentaque.

Multa sunt veteri pauci sunt electi ex omnibus tribu gentis humani cuius plures in gehennas iteros; ex mulieribus, tamen videtur salvande quot perdentes, nunc in illud quinguae erant fures, et quinguae perdentes. Math. 25. Ergo ex illis damnandus ex viris, et non ex feminis computandus. Et satis fures sunt quae damnandus, cuius lumen, et cetera s' perdunt.

## Parallela Biblica

ad feriam. 2. post Dominicam. 3. quadrage.

## Parallelum. 1.

Numer. 20. v. 10. Audite rebelles, et increduli innum de petra hac vobis aquam poterimus elicere?

Numer. 20. v. quia non credidistis mihi, ut sanctificarem me, non introducetis hos populos, in terram, quam clabo eis.

## Dubitatur

quare Moyses incredulitatis noxam contraxit, qui incredulitatis crimen alijs reprehendit?

## Respondetur

\* Invigilare etiam Medici spirituales debent, ne dum alijs medentur, a gritudine aliorum ipsis irrogant. Oportet ergo Evangelij ministros cautos incedere ne morbos spirituales proximorum habitu ebibant pestilenti. Ne cum domos secularium ingrediuntur reprehensuri vanitates, delicias, superfluos sumpus, ipsi domum

castigo cor meum, et in servitute redigo, ne eis alijs praedicationem, ipse reprehensurus. 1. cor. 9. v. 27.

Ut qui demoliuntur aedes templi vicinas sollicitudine caute procedant ne quid sacri, quoque demoliantur sic quaedam viri caute sunt corrigendi, ne ipsi in herentem correctionem excludantur in mundum.



vos estis sal  
terre. quod si sal e-  
vanuerit, in quo sa-  
luerit, ad nihilum  
valet ultra, nisi ut  
mittatur foras, et  
conculcetur ab ho-  
minibus Matth. 5.  
cum confertur, con-  
cior, ardet, alijque  
operarij spiritus  
imbibunt in mini-  
stris suis mores,  
genia, et in sa-  
cularibus ad nihilum  
valent, et ad usum  
saecularium, de specu  
conculcannur

reclare, variiores, delicatiores, et forsan effominatiores. Et qui  
manuum naufragi extendit, in secularis pelagi vorticibus immer-  
sus misere remaneat

Applicatur

ad feriam. 2. post Dominica. 3. quadrages.

Medice, curate ipsum. Et peritissimus medicus salvator illuxit,  
qui ita medicamenta spirituales agni consentijse dixerit, ut  
ipse precipitium proprium vitaret. Duxerunt illum usque ad suporci-  
lium montem, ut precipitarent eum; ipse autem transiens per me-  
dium illorum, ibat sicut lux, quae transiens per impurissimam lo-  
ca, nec candorem minuit, nec claritatem emaculat

Parallely. 2.

Can. 1. v. 3. In colorem un-  
guentorum tuorum curri-  
mus.

Matth. 25. v. 4. Acceperunt oleum in  
vasis suis. dormitaverunt om-  
nes, et dormierunt.

Quibitatur

Quare eodem oleo ha laudabiliter currunt, et  
illa reprehensibiliter dormiunt?

Respondetur

Non procul a Ma-  
laca est arbor, no-  
mine anti trophus,  
cuius radices ori-  
entem spectantes an-  
tibonum praebent, quae  
vergent ad occasum  
sunt ipsissimum ve-  
nerum. Caes. lib. 10  
Symb. 2. sic Chirine  
ide, in Eucha est an-  
tidonem orientem libi  
in gada anem, et  
est verens uca tu  
culpa vacans. Deus  
sicut sol, et Apoc. 12  
in varietate genu-  
nem, et die iostionis  
influit in effluat et  
est aery, et in foris

Si permisceas cum oleo medicinas calidas fit medicina calida (sic  
Ialen, de symp. med. d. 3. c. 1.) Si frigidas, frigida. Hinc ad seipsum. No-  
men Iesu est oleum effusum. Et d. Aug. ser. 26. ad fr. in Exem inquit de Deo:  
cum frigidis frigidus est, cum calido calet Deus. Cur ergo o peccator, teus  
amor dei in beneficia calescit, si tu iugiter in vitij, atque peccati gelas-  
eis? patribus per interpositam matrem sedes ambicentibus: Dei, ut se de-  
ant hi duo filij mei Mat. 20. Christus per interpositum Patrem repulsam  
dedit. Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo  
Perperam quereretur dives famelicus, si inter flammaram vortices a deo  
non aequatur guttam aquae, qui deo in Lazaro denegaverat micam  
panis. Mulier, quae iustitiam solem vestivit, a radijs solis vestitur. Mu-  
lier amicta sole Apoc. 12. Vbi Bern. Vestis eum, et vestiri ab eo. Qui con-  
sonam nescit pauperi dilargiri, quomodo divitem suppellectilem audit  
a deo exorare? Ideo d. Bern. ser. 10. in can. ait. cum amante, Deus amans  
est: cum vacante est vacans: sollicitus est Deus cum sollicito. Statim ac-  
servos animadvertit praecinctos. sint lumbi vestri praecincti Luc. 12. quam  
scelus Amendius vobis, quod praecinet se, et faciet illos discumbere, et  
transiens, ministrabit illis. quae expositione non egent, quia clare



ad feria, 2. post Dominica, 3. Quadrag.

sed non pretermittendus Cartusianus, in illuc in quieru. Estote parati ad  
exequendum opera dei, et Christus praecipet se, id est disponet se ad referen-  
dendam vicem.

Applicatur

ad feria, 2. post Dominica, 3. Quadrag.

Medice, curate ipsum. Conciues non experiebantur nec tanti peritia,  
Medici, nec tante medicina efficaciam, qua sanabantur omnes; quia  
cum frigido Deus frigidus est, et cum calido calet; in eorum prava dispo-  
sitione, et in obedientia efficaciam amittunt caletia illius medicamina

Parallelum. 3.

1. Reg. 24. v. 9. Surrexit ergo David, et  
praecidit oram chlamydis saul

4. Reg. 2. v. 11. Apprehendit que vestim<sup>ta</sup> sua  
et scindit illa in duas partes. Et le-  
vavit gallus Elia, quod ceciderat ei

verum se hie  
modestum com-  
probat homo, quod  
si modica, et sueta  
meretur, non appe-  
tit magna, et inu-  
lta: non pedicabat  
calceum pede ma-  
riorem. Et si est Olympi-  
pionius, non hoc  
cupit sua statura  
statuar maiores  
ergo. si nauis  
non cymba impe-  
nit velum quiri-  
queremus, sed con-  
tractis, et cymbas  
conuenientias. Cardy  
Parabol. l. 2. v. 10  
v. 11. c. 59  
quid quod est infra  
aut supra modum  
id est humo, et variabili  
loco est v. 10

Quod dicitur

quare de integra saulis chlamyde lacinia scinditur  
et veste Eliae scissa pallium Eliae  
superimponitur?

Respondetur

Circumciditur saulis purpurea chlamys, quia illum tunica fortune ni-  
mis oblonga potius impellebat ad lapsum, quam exornabat ad cultum.  
Regia dignitas humeris tam imparibus superposita humum evertebat  
ad ludibrium, dum prolixior superfluebat ad fastum. Surrexit ergo  
David, et praecidit oram chlamydis saul. In Eliaeo autem effigiaban-  
tur, quos de scissa veste ad nitidum pallium merita sua componunt. Leua-  
vit pallium Eliae ad Eliae captum, et statura concine acomoclatum. Quod  
ei ceciderat, como si se leuissime tomactu la medula. sic philosophan-  
tur Apuleius Apol. ad el. fortunam velut tunicam magis concinnam  
probare, quam longam. quippe etiam ea si non gestetur, et trahatur, nihi-  
lominus, quam lacinia prapendens impellit, et proecipitat. sic enim enor-  
mia gubernacula facilius mergunt. quod brevius, et dilucidius ait Phil. 1. 02  
Elevans alisti me quare tam prudens, quam liberalis christus, distribuit in-  
ter servos talenta unicuique secundum propriam virtutem, cum ho-  
norum, et munierum pondera debeant pro viribus esse gestantium.

\*



Applicatur

ad feria-2 post Dominicam .3. quadrage.

Modemones  
symbolis Anquet  
vultu esse alas dotali  
cum enim he essent  
ecce, vna badeb  
sani fuer, si sare o-  
pe romigij extar ete  
supra huc, non chi  
pionet convexa coli  
Nullus enim que rei  
amtor, strumbr que  
dicitur, nisi is vnu,  
qui sentit, quod in  
pocaque se sit sani  
ut de piete d'pelle  
dicit Ids 101

Duxerunt illum usque ad supercilium montis, ut precipitarent eum.  
Hi artibus dolose solet abuti fortuna, cum demeriti, et ambitiosi  
ut lapsu maiore cadant, tolluntur in altum. Male ascenderunt Icarus  
et Phaeton, intemperas plumas inducti ad ignominie abyssus dilapsi do-  
cumenta posteritati de immatura fortuna reliquerunt. Ceterum bene me-  
riti, ut Chines, sive ascensum evitant. Ipse autem transiens per medium  
illum, ibat, sive in solido meritum fundamento fastigiis subsistit  
Adhuc indelebilia Ascendentis Chines perennant sacra vestigia, quod  
secur accidit illi, quem David superis elevatum, et superexaltatum, et  
subito evanuit, nec inventus est locus eius

Parallela .4.

2 Reg. 18. v. 9. Adhuc caput eius  
querat, et illo suspenso

Can. 4. v. Capilli tui, sicut gre-  
ges caprarum.

Quæritur

si capilli sponsæ per arbusta greges caprarum sequuntur  
quomodo sicut capilli dotalis non adhaerent  
querquibus?

Respondet

Vides (ait D. Ambrosius in Ep. 112 ser. 16) vides, quod in alto gre-  
ge iste pascitur? Adisti montem? utique, ubi alys precipita, ibi caprei  
nullum periculum. Ideo elegit eas Spiritus, quibus etiam venerabilis  
ecclesia comparet. Hinc suavissimum fructum germinat in habitatio  
Spiritus Divini. Mimirum, securam tranquillitatem anima etiam in presen-  
tans periculis. Et ibi iusti experiuntur securitatem ubi impij Absalones  
deplorant suspensum, et precipitum. Nec ullus tunc in excelsis habitat, si  
a Spiritu .i. gratia non inhabitetur.

Applicatur

ad feriam .2. post Dominicam .3. quadrage.

Ut precipitarent eum. Tutissimus incedit iustus per precipitia  
Ipse autem transiens per medium illum ibat



ad feriā, 2. post Dominicā, 3. Quadrag.

Parallely. 4.

1. Reg. 17. v. 10. Psallebat manu-  
sua per singulos dies, tenebatque  
saul lanceam, et misit eam putans  
quod configere posset David cum pa-  
riete. Et declinavit David a facie  
eius

1. Reg. 19. v. 9. David psallebat ma-  
nu sua, misit que est saul con-  
figere David lancea in pariete, et  
declinavit David a facie saul.

Penula p[er]is, et  
deum timens,  
et p[ro]p[ter] deum  
a d[omi]no non sunt  
lethalia. ut me-  
bant Noe in dilu-  
vio, Lot in saltu-  
ma, Iacob in ra-  
vis p[er] p[ro]p[ri]etate  
m[er]it[is] s[er]p[en]t[is]  
parisi, in Egypto p[er]  
et populo Israel  
in ur[be] Egypto, ad  
littus maris rubri  
in deserto, et tem-  
p[er] m[er]ita, h[er]edes,  
Rege, h[er]es d[omi]ni  
in forma d[omi]ni  
in forma leonum  
frondi, et in ur-  
beni Christiani  
ad h[er]es deam. Mi-  
rabili[us] v[er]o p[er]ic[ul]o

Dubitat

Quare David in palatio lancea periculum semel  
expertus, in periculum lancee rursus dilapsus?

Respondetur

Noverat optime David grandinauras lanceas in palatio, sequi  
ex palatio diabolo fugare tentat, et ex lateribus Principis D[omi]ni-  
nes expellere satagit, et tamen nec semel, nec iterum adiacium ha-  
sta contentus contra D[omi]nos remedium desinit adhibere. Tum  
quia David non ingrediebatur palatium lucris, seu plautu illiis, sed  
malitia, et iniquitati animo depellenda. Tum quia, in lyra, quam pul-  
sabat, emblemata crucis, et symbolum mortificationis animus presen-  
tiebat. Et qui ita palatia frequentant, pericula quantumvis ardua de-  
vitant, cum p[ro]p[ter] et media ingressus tam ad beneplacitum dei, et men-  
suram divina legi aptantur. Lancea sylvescent in saltus, sed lancea-  
rum omnium tactus incasum ibunt. Opportune D. Basilius, de luc. v.  
15. ait: Contra D[omi]num psalmum excitebat in auxilium

Applicatur

ad feriā, 2. post Dominicā, 3. quadrag.

Ut precipitarent eum. Quod datus tibi, aut quid opponatur tibi, quod  
quid malitia humana architectetur, si deus prote[ger]it, per media pericu-  
los illatus ibit, quem deus sua p[ro]p[ri]etate providentia, non periculi-  
tatur in discrimine, quem obsequia dei inducunt in periculum

ut agricultor  
finit est frugum p[ro]-  
ceptio: ad h[er]es  
d[omi]ni est habitatio  
negotianens d[omi]ni  
et certamen coram  
sic ut motu v[er]o p[ro]-  
est ut servus dei et  
s[er]v[us], et v[er]it[as], de om-  
servire summa coro-  
na est. Greg. Nyssen-  
ia mystica Notitia  
v[er]o carnatione

Parallely. 6.

Genes. 12. v. 1. Egredere de terra tua.  
Et veni in gentem magnam, mag-  
nificabo nomen tuum

Matth. 2. v. 13. Apparuit Angelus in  
somni Joseph, dicens: surge, et ac-  
cipe puerum et matrem eius, et fuge

Dubitat

Quare in difficultiori obsequio nullus Josepho promittitur

proponitur, et tot p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate  
OVA. BRISC  
sentantur?



## Parallela Biblica

## Respondet

cur datur Elias,

et non Henoch curus  
 In paradysum? Solutio  
 de ducebus est textus  
 sacri Gen. 5. v. 24  
 Ambulavit cum deo,  
 et non apparuit, quoniam  
 tulit eum deus. Sta-  
 bebant secus deus comi-  
 tem, et nec curus,  
 nec aliud quicquam  
 desiderabat.

Non audio Josepho mercedem ullam promitti (ait Aloysius Navar. in  
 Umb. Virg. n. 1205) non promissis denique recreari, sed quod a his promissis  
 ad ferendos labores alluciantur, qui secum deum in laboribus habent.  
 Plena haec merces, et sola sufficit. Deus meus, et omnia, omnia autem,  
 sine deo pro nihilo reputandos. Dominus regit me, et nihil michi  
 deerit. Vbi vestigiis divinum Elias animadvertit, diluvium bono-  
 rum terra annunciant

## Applicatur

ad feriam. 2. post Dominica. 3. Quadrag.

Ut praecipitarent eum. Ipsi ex oculis misere in praecipitabant, que-  
 rebantur enim in Patria a Domino miracula non parata. Ut quid  
 miracula concupiscitis, sed de concione Christi congratulamini, dum  
 enim ipsum habebatis, nihil vobis desiderandum; cum ipso omnia  
 bona pariter venissent.

## Parallelus. 7.

1. Reg. 16. Quaecumque spiritus  
 domini malus amprobatur saul, da-  
 vid tollebat cytharam.

1. Reg. 3. cumque caneret psaltes  
 facta est super eum manus do-  
 mini

## Dubitat. 1.

Quare eodem spiritu malo vexabantur

Rex saul, et Propheta Elisaeus?

## Respondet

Genia irascibilia a solo daemone possunt tolerari, quamvis  
 praclaris dotibus videantur insigniri. Dum irascuntur Rex,  
 et Propheta ab eodem malo spiritus sufflantur, ut supponit d. Am-  
 brosius in Ps. 118 dicens. Psallente malus spiritus expellebatur  
 ab Elisaeo, qui Saulis Regi corda vexabat. Genium itaque Iro-  
 vividus coloribus in praesentium exprimitur; vitium utique  
 praevium de praesenti, perversum quae de futuro, et quod nunquam  
 boni quicquam iracundo affert. Irascitur saul, in eius lancea  
 acciebat aeris iracundia, ibi praesens furor figurabatur;  
 in Propheta qui futura praedicit, in quo quoque futurum malum  
 innuitur. Spiritus Prophetae (ait Iuxta) recesserat ab eo, quod



ad feriam. 2. post Dominicam. 3. Quadrag.

exasperatus fuerat contra Regem Israel. Alia vitia quam-  
vis de futuro noceant, in praesens tamen delectant; ira semper  
angit, et semper mordet

Dubitatur. 2.

Quare idem spiritus malus a saule. pellit  
manu pulsando, et ab Elisso voce  
canendo.

Respondet

a  
Ad prudentiam politicam spectat, si quis hoc, vel illo at-  
tinetur defectu, non in omnes generalem legem profert, et  
sed his solis adhibere remedium, in quibus reperitur irrey-  
sisse contagium. Malus spiritus in manu saulis titillabat,  
dum lanceam manu movebat. tam obrera dauid tollebat cy-  
tharam, et percutiebat manu. Elissus autem in ore exaspe-  
rationem ostendit, dicens: Regi israelitico. quid mihi, et tibi est? va-  
de ad prophetas patris tui, et matris tuae; ori igitur applicatur  
per os psallentis medella. cum que caneret dicitur

Discretio est in  
discernendis  
rerum causis  
provida, et  
humanarum  
rerum, et men-  
tum ratio  
moderatrix.  
Isidor. l. de synon

Applicatur

ad feriam. 2. post dominica. 3. quadrag.

b  
ut precipitarent eum. Et quid agendum cum genijs precipi-  
tatis? Genia ira furore precipitata vitentur, fugiantur. Iste  
autem transiens per medium illorum, ibat. Noli esse amicus, fa-  
cius, nec vicinus incedendo, ne te precipitem etiam velit.

b  
ut subtractione  
lignorum ignis  
extinguitur, ce-  
dente eo, inque  
quod irascitur, tem-  
perat iracundia  
Cyrillus in Ioan. l. 1.  
c. 17.

Parallely 2

Marc. 5. vs. Legio mihi nomen  
est, quia multi sumus

Genes. 3. v. 24 collocavit ante  
paradisum voluptatis cherubim.

Dubitatur

Quare Legio demonum ad custodiendum unum  
hominem requiratur, et unus cherubim ad  
custodiendum totum paradisum  
sufficiat?

UVA. BHSC



## Parallela Biblica.

Respondet

Chabrias Atheni-  
entis classe dimi-  
sur, excussis ante  
navem eius fulmi-  
ne, et exterriti  
per tale proligus  
militibus. Nunc,  
inquit, potissi-  
mum pugnasset,  
cum deus Maxi-  
ma Jupiter auctus  
Mentem suam elasti-  
mosa ostendit  
Front. l. 1. c. 11.  
Invenit valor, ubi  
conscientia divinis  
favori innititur.

Nihil est peccatori timidius (inquit Olearius in Gen. 3.) Sicut \*  
neque iusto audacius. Cherubim ergo, ut Iustus, laudabili au-  
dacia se unum universo mundo in custodiam paradisi opponit ad-  
versum. Daemon, ut peccator, eadem timiditate vilescit, ut tota dæ-  
monum legio coniuret ad debellationem unius hominis. Legio  
multi nomen est, quia multi sumus.

Applicatur

ad feriam. 2. post Dominica, S. Quadrag.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Quanta se-  
curitatis per confectis hostium aeneis incedit innocentiæ nes-  
citiæ timorem bona conscitur; e contra omnia timet, omnia  
veretur malitia

Parallela 9.

Luc. 24. v. . Stetit Jesus in me-  
dio discipulorum, et dixit eis.  
Pax vobis

Juan. 14. v. 27. Pacem relinquo ve-  
stris, pacem meam do vobis, non  
quomodo mundus dat, ego do vobis

Quibitur

Quomodo Christus dat pacem, et quomodo  
mundus dat?

Respondet

Sol Planetarum  
superior, et Prin-  
ceps medius in-  
ter planetas lu-  
cidum exercat  
Principatum.

Circinus per-  
fectus regimi-  
ni huius gly-  
phica a cen-  
tro aequaliter  
totam circum-  
it spheram.

Christus dedit pacem stans in medio discipulorum. stetit  
Jesus in medio discipulorum, et dixit eis: Pax vobis. Idem ad-  
notavit M. 13. Operatus est salutem in medio terra. Vbi Genebrar-  
dus. In Jerusalem, quæ est terra sancto veluti medium. Aug. de  
civ. dei. Idem in medio terra mori voluit, ut se omnibus datum,  
natum, et mortuum declararet. Sic superior pacem in com-  
munitate sua, et Prætor in populo suo confovebant, si in factio-  
nes non declinant, si erga omnes æqualiter iustitiam exer-  
ceant, et misericordiam distribuant. De Catano Philosopho  
refert Plutarchus huiusmodi documentum Alexandro Magno exhibuisse  
in irrigata pelle exomphalo, ad cuius extremitates, si pedes figeret iam  
hinc, eam illinc attolleretur extremitas, non attacta. si vero in centro



ad feriam. 2. post Dominicam. 3. Quadrag.

pellis plantam apponeret, undique plana pellis substeret, quod de Deo dixit David: Deus in medio eius non commovebitur Ps. 45. V. 10. Basilus ait. Quoniam Deus in medio sua civitatis est, eam stabilitate donavit. Secus dat Mundus pacem imo non dat iuxta Isaiam 48. Non est pax impijs. Nec potest dare, cum non stet in medio, sed positus sit in maligno, ut patet ex eiq. Joan. Mundus totus positus est in maligno. Non itaque in medio, sed in maligno positi sunt superiores, qui Communitates dividunt in partes, et sum factioni distribuunt honores, et dilargiuntur indulgentia, atque privilegia. Huiusmodi quoque sunt Reipublicae Praesides, et gubernatores, qui non ad aequilibrium negotia publica ponderant, sed lanceam ad fanus proprium, et amicorum lucrum perperam inclinant.

Applicatur

1) ad feriam. 2. post Dominicam. 3. Quadrag.

Ipsa autem transiens per medium illorum, ibat. Optimus quidem perfectissimi Superioris tygus, in cuius communitate licet hinc adsent studiosi, illinc perstreperant adversi, ipse autem transiens per medium ibat; nec unius factionis amor, nec alterius partis odium de medio illum tollere possunt, nec ad dextram inclinat per favorem, nec in laevam delabitur ad vindictam, per medium ibat; nec aliter se gerere debebat, qui pacis regulas omnibus Superioribus dabat.

Parallela Biblica

ad feriam. 3. post Dominicam. 3. Quadrag.

Math. 18

Parallela. 1.

Isaia. 56. v. 10. Canes muti non valentes latrare

4. Reg. 17. v. 35. comedent canes carnes Israhel

Dubitatur

\* Cui sint canes muti non valentes latrare, et qui sint canes potentes ipsas comedere carnes?

Respondetur

UVA. BHSC

Tu licet extrinse  
late dominere  
per Inelos. Te  
Medius, te molli  
Arabs, te cetero  
alorent. Ne tibi  
quid liceat,  
se aliquid fecerit  
decebit, occurrat  
men tom que do-  
met respectu honori  
ad Theodor. Tu eris  
Patron que gerat  
Te consule canes  
Nec tibi nec tua  
removcant, sed  
publica vob  
Claudian, q. Honor.



Cui praedicationis  
suscipit officium  
non oportet molles  
esse, atque resolutus,  
sed fortem, et per-  
cuncta roborem  
Nec enim saltem  
attingere quisque  
debet praedicationis  
muneris functio-  
nem nisi paratus  
sit mille animas  
suas in mortem tra-  
dere. D. Chrys. de  
caus. D. Paul. hom. 6.

Libere, et iux-  
ta fidem veram si-  
ne aculatione Chris-  
tum praedicantes, et  
gesta prope ut ar-  
guentes, gratiam  
non habebunt apud  
homines. D. Ambrosius  
sup illud 1. Cor. ut  
que in hanc homi-

va mihi, quia  
tacui. Isais. 6. ca-  
nis muti flagran-  
tionem timebat.  
Iohannis Baptistae  
clamat. Ego vox

qui lethargouegi utilitatis proprio consopitur, qui cogitet de sui mune-  
ris lege, nec de bono publici iure, siue muneribus inescatur, siue desidiosa  
indole incurius, is dicitur canis mutus. sic D. Ambrosius ser. 63. ait Qui un-  
quam sollicitus de mundo, potuit bene sollicitus esse de Christo? qui dum  
lucris sua domus providet, utilitatibus Ecclesiae potuit providere? Canis au-  
tem non mutus iugiter, et fideliter allatrat scandala publica, Dei hostes,  
et inimicos dei publica. Unde D. Hieron. l. 9. advers. Ruf. ait Canes latrant pro  
Domino, et tu non vis latrare pro Christo? non possum, tacere non possum. Et D.  
Ambrosius postquam depinxit fidelem canem adstantem hunc percussu ad se-  
pulchrum usque, et inde non recedentem, quousque inter spectatores per-  
empitorem intus accusabit latratibus, apprehendit dentibus, nec dimi-  
sit, donec suspectum reum tradidit satellitibus, post hoc ait D. Ambrosius  
Tum canis sequestrato paulisper sensu doloris, arma ultionis assumpsit,  
atque apprehensum tenuit. Quis nos dignum nostrum referimus Creatori?  
cuius cibo vescimur, et dissimulamus iniurias, et saepe inimici dei, quia  
a deo accepimus, opulas exhibemus? Ergo fidelem Domino canem et allatrat, et  
mordet, et carnes comedit peccatum.

### Applicatur

ad feriam 3. post Dominicam 3. quadrage.

Si peccaverit inter fratres tuos, vade, et corripe eum. Rari sunt iam  
in Ecclesia dei, quos zelus domus dei comedat. Circumque agere perstrigere  
crimina, et perstrigere scandala, et ecce in minimis Evangelij, rei publice  
que Basileibus Canes muti non valentes latrare quare non corripiuntur  
ut peccato? Si peccaverit frater, corripe. Quibus eccis, quibus muneri-  
bus, quibus precibus, quibus minis eorum ora obstruantur, et obmutescunt?  
quare non comedunt carnes serabel? quare in tot scandala carnalium  
non latrant? Canes muti sunt non valentes latrare.

### Parallelum 2.

Matt. 8. v. 13. Vos estis sal terra

Matt. 23. Civitas supra monte, postea

### Quaeritur

Si sunt sal mordens, quomodo possunt esse simul  
civitas alliciens?

### Respondetur



ad feriam 3. post Dominica, 3. quadrag.

\*

Hoc est omnino mirabile (ait d. Chryst. hom. 15 in Mat.) quia non adu-  
lantes, neque palpantes, sed e diverso salis instar vrentes, fere omnibus  
se tam desiderabiles recedunt. inde eructantur, qui Dei complas, et  
sacramenta a fidelibus frequentari discipiunt, ut a peccati devientur, et  
ad caelestia alluciantur, non vel prostandum, nec satagendum propinatis  
bellarijs, et saccarati potationibus, quae reddunt domum Dei officinam gulae  
qui quae huiusmodi utuntur, potius saccaratorum generatores dicantur,  
quam piscatores animarum tractentur.

Applicatur

ad feriam 3. post Dominica, 3. quadrag.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripue eum. Et ea sit corrup-  
tio, ut lucreris fratrem, non autem lucrum de correctione tibi disponas  
si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Plures enim in ministerijs  
sacri concionum, et confessionum audiuntur, sed non lucrantur animas  
proximorum, quia praevident vendere ministeria, et de Evangelico  
semine lucra sibi proficua comparare.

Vxor Lothi in sa-  
lem conversa con-  
cessit onem spiri-  
tuali concionate  
sate concionate  
monstrat. Sentes,  
in Evang

Sape retibus pe-  
triu expicabatur.  
interdum uisus  
adomino immis  
harrum, et pice,  
clivitem apprehendis  
peccatorem harno  
simul cibant, et  
pungent. Origene,  
inquad. Homel.

Parallelum 3.

Jonas. 1. v. 6. Et accessit ad eum guber-  
nator, et dixit ei: quid tu sopore depri-  
meris, et invoca deus tuus. et non perreamus

Jonas. 4. v. 10. Tu dolens super hederam,  
in qua non laborasti. quae sub una  
nocte perijt

Dubitatur

Quare Jonas consopit, quando tempestas furit, et  
ingemiscit, quando sua hedera aret?

Respondetur

\*

D. Augustinus l. 3. de lib. arb. acsi in Jonae admirationem cerneret mundi  
genium, ait. quis carnalium hominum non mallet, vel plura deesse,  
in calo sidera, quam unam arbusculam in agro suo, aut vaccam in ar-  
mento? Ingruat tempestas in fulgur, deserviat puella in maria, revertatur  
ab imo pelagus, tingantur arva spumis, submergantur classes, condantur in-  
sula, undarum pondere opprimantur montium cacumines; et adhuc sopori  
incurius indulgebit Jonos; et hinc ad ignobilis fructus ariditatem implebit  
surgunt terras, et querelis colos. sic plures de calorum terrificis intonatione,  
non laborant, nec de ractis ad calum spectantibus non insudant; qui de minimo  
detrimente in re familiari et ad temporaria commoda spectant, incessanter

cum scandala re-  
plicabunt, et secle-  
ra repetant <sup>Ughri</sup>  
et Ethioe, cons. jacob  
Heli, aequanimiter  
plembat, us. cum  
filij sacrorum Arca  
fecerunt, proinde  
amitta Arca morn  
en fuit, offert.  
pacti certisq;  
mornus est. 2. Reg.  
9. cum ille nomi-  
natus coram pro-  
cto el. scio de pona  
aliquos pedes quos  
in albasen et am-  
los hys, est morn  
meis terens quare  
lo hys pccm.



Parallela Biblica

U quann, indoluit  
David oram ehlamydi  
saule exultavit; et ser-  
na mentis dulteries  
Borsabe committet, et  
homicidus vitz, pammis

illa chrymantier, suspirant, se devent, et suam inculant fortunam.

Applicatur

Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripere eum. Et quare non  
iubetur corripere eum, qui peccaverit in Deum? quia de corrigon-  
dit scandalu in Deum perpauci curant, quantumvis debeant. Videris  
pauci familias clamoribus implere domos, quia filius, vel servus vascu-  
lum confregit, vestem maculaverit, terrenum amisit; et muti ta-  
cent, quamvis filius, et servus coram illis plura in Deum peccata com-  
mittant: dolent super hederam arefactam, non super caelos tonantes.

Parallelum 4.

Daniel. 2. 34. Percussit statuam,  
et comminuit

Daniel. 2. v. 1. fecit statuam  
auream.

Quibitatur

Quare Nabuchodonosor non emendavit se, et  
emendavit statuam?

Respondetur

Seneca Ep. 93. ait. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit; ac con-  
tra, ille pusillus, ac degener, qui oblectatur, et de ordine mundi male existi-  
mat, et emendare mavult Deos, quam se. Statuam obsecerat Deus Regi  
et in statu vitia Nabuchodonosori Dominus delinquerat. Rex autem  
non curat de emendatione sui, in quam se ipsum Dominus collimaverat,  
sed de emendatione status, quam Dominus fabricatus erat; plerumque  
quidem in emendationem aliorum progredimur; in nostram vero correc-  
tione non inclinamur.

Applicatur

ad Jerem. 3. post Dominicos. 3. quadrages.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripere eum. Ecceur antea non  
sua peccata iubetur corripere? quia sua quisque potius excusabit, quam  
arguet; in peccatis aliena innato ponderes omnes invehimur.

Ut Lamiar fabu-  
la narrat foris  
oculatus esse, Do-  
mi oculis in vase  
reconditi nihil  
videre: ita quida,  
in alienis per pecc-  
ca sunt, adha co-  
cutiunt. Meturck in  
Moral.

Daniel sua ad-  
mans vitia, de  
a Propheta Nathan  
in alieno tabula  
delinquantur, acer-  
rime reprehendun-  
tur. Augustinus Bors-  
abe in adumbratogin  
ove rapta excorabat

In agricolis  
vineae locata chi-  
reptores suum ima-  
ginem Pharisaei mul-  
tastomacho con-  
spiciunt. Anonima



ad feriam 3. post Dominicam 3. Quadrag.

Parallelus.

1. Reg. 14. v. 18. Ascendit Ionathas  
manibus, et pedibus reptans, et  
armiger eius post eum.

1. Reg. 17. v. 41. Ibat Philisthæus in-  
cedens, et ad propinquans adventu d  
David, et armiger eius ante eum.

Dubitatur

Quare, qui armigerum ante se tulit, triumphat; et,  
qui post se tulit armigerum, triumphat?

Respondetur

Personam militis inducens Seneca l. de ira cap. 12, ait. Nunquid  
vis amplius, quam ut me similem ducibus meis prætorem? Et quoniam  
militis iactant sat decori suo præstare, si similes se ducibus  
suis exhibeant, ut virtutes ducum delineent, eorum se duces habere  
requirunt. Antecedit igitur intrepidus ducis animus, ut miles subse-  
quens strenuam hauriat exemplum. Ad quod speculum poterunt se pa-  
tres familias, et superiores componere. Evidens de triumphatum se defleat  
armiger Philistæi, dum ante se non habuerit imitantis vestigia Domini  
triumphantis. Et quid mirum triumphos adaggeret armiger Ionathæ, si ante  
se vidit singulis passibus Principem affluentem triumphis

Applicatur

ad feriam 3. post Dominicam 3. Quadrage

Corripes eum. Sed ad speculum rectitudinis prius tua compones gestas, ne  
tibi corrigendus merito adagret aphorismum Medice, cura te ipsum; vel  
hypocritas quare trabem non elicias antea de oculis tuis, et postea ferrucam  
amovebis de oculis mei. Exemplum enim vitæ propriæ efficacior correctio  
erit conscientis alienæ. Cum Christus dixerit Qui ex vobis arguet me de  
peccatis; postea addidit, si veritatem dico vobis, quare non crediti mihi

Parallelum 6.

Genes. 19. v. 26. Versa est in sta-  
tuam salis

Dan. 3. v. 1. Nabuchodonosor Rex  
fecit statuam auream.

Dubitatur

Quare Deus erigit statuas salis, et Dæmon  
Statuas auri?

UVA. BHSC

scribet in vulgus  
manant exempla  
regendam. Claudian,  
Miles subve  
xiles Duce Albani  
severi, sub d. An-  
tonio Leve per-  
posito, sub Duce  
Parmi magnani-  
mi. ut pectoris, qu  
imaginem ab ima-  
gine pingunt idem  
talem exemplaria  
spectantes. Anonym

Si clamiosa  
senem iuvat alee-  
tuclit et hares -  
Expecto ut non sit  
adultera Blaze  
filia, quæ nunquam  
dicere machos =  
unde tibi frontem.  
libertatem que  
parentis, cum fa-  
ciat peiora senex  
Iuvenalis per totam  
sary 14



## Parallela Biblica

## Respondet

Nemo pru-  
dens punit, quia  
peccatum est, sed  
ne peccetur. boni  
nocet, qui mali  
punit. Seneca lib  
de mentis

In corrigendo  
haec lex secum est  
quam conceptus quos  
que huius debet, ut  
aut eum qui pe-  
nit, emendet, aut  
pauca eas cetero  
meliores reddat, aut  
subleuantes secu-  
rioni eam utramque  
Seneca lib de Clem.  
ad Romanos

foris terribilis  
personat increpato  
intra lenitatis te-  
necatur dilectio  
Aeg. de verb. dñi

Plus proficit  
amica correctio,  
quam accusatio  
turbulenta illa quod  
dorem incutit hanc  
indignationem mo-  
vet D. Ambrosius in  
Lucas

qui delinquentes  
superbo, vel schisto  
animo corrigit, non  
emendat, sed per-  
cussit. Augustinus  
pauca est, non dile-  
ctio corrigendi.  
S. d. d. 3. de Rom. c. 92.

Deus ex supplicio Pentapolis preservationem aliorum cogitavit, ideo  
eo stancam Salis in signum preservationis erexit. Altisonans est, et con-  
torto fulmine unum, vel alterum ferit, tonitru autem ceteros perter-  
re facit. Daemon autem ex ruina, et excidio prioris statuæ, e cuius  
cineribus, et favillis brevitas splendoris, et humana potentia debi-  
litas effulgebat, nova, et magis impia scandala architectatus, rotam  
auream fudit statuam. Sic in nostra Hispania contingere videtur  
cum enim ob innumera peccata tot calamitates experiamur, non ideo  
vanitatibus superbedemus, sed quam obliui ruinarum, insanioribus  
sumptibus immensi stancas acrius elaborares curamus

## Applicatur

ad feriam 3. post Dominica 3. quadrag.

Corrige eum. correctio facienda non ad perniciem, sed ad lucrum ani-  
mae. si te audierit lucratus eris fratrem tuum: ergo condatur sa-  
le correctio, ut sit concinna emendatio; quidam enim, cum corri-  
piunt, vel nimis carpiunt, et ita potius exasperant vlcus, quam ducunt  
ad cicatricem, alij patius lenocinis culpam inaurant, et hi fundunt  
de criminibus auream statuam.

## Parallela 7.

Ps. 6. v. 1. Neque in ira tua corri-  
pias me

Amos. 5. v. 10. Odio habuerunt  
corripientem.

## Dubitatur

Sit ne perniciosius corrigere in ira, vel odio  
habere corripientem?

## Respondetur

Damnosius est corrigere in ira, seu de correctione agi, cum  
iracundia excandesit; tunc enim qui corrigit iratus non lucra-  
tur fratrem, sed fratrem, et se ipsum perdit, illum a corbitate reprehen-  
sioni incendit, et se inimicitiae sibi commaculat. Ex eo autem quod odio  
habeatur corripientis, siem correctio fuerit prudens, solus delinquit cor-



ad feriam 3. post Dominica 3. quadrag

correctus. Nimirum in ferbuit Eliaus, cum corriguit Regem Israel, et indignit psalter, ut detonaret rebus. Nimirum excaudit Moyses, cum ad petram aquarum corriguit incredulitatem Hebraeorum, ipsi plurimi sicut corruptionis excessus, nec inde vlla exorta fuit emendatio. Vltius potius, quam emendare, praetendit, qui defectus aliorum, correxit iracundus

Applicatur

ad feriam 3. post Dominica 3. quadrag

Si peccaverit inter frater tuus, vaclis, et corripo eum; itaque, cum corripserit peccatorem, fratrem tuum esse memento; sit reprehensio fratris, non inimici, non extranei. Ioseph, dum inimicos corripuit, ut pater, non sepeorat ultra cohibere Gen 45. quam citissime correctio abijt in amplexus, et oscula

Parallelus

Isaia. 6. v. 2. Quibus velabant faciem.  
et in manibus calcabunt, et teget os meum

Matt 23. v. 27. Clamaverunt dicentes.  
Venisti ante tempus torquere nos.

Dubitatur

Quando corrigitur modo Seraphico, et quando corrigatur  
Stylo Diabolico.

Respondet

Seraphim corriguit Isaiam, quia peccaverat labijs, ita secreto applicuit ori Prophetae calculum ignitum, ut ne ipse quidem Seraphim videret correctum, excu- laus videtur extendisse manum, nam oculos vela verat alij. Quibus velabant faciem, quid ni a correctione removeret arbitros, qui ut testes proprios fastidiabat oculos. Eui sic fratrem delinquentem corrigiat, modo Seraphico corrigiet fratrem. Secus Damon se habuit, cum Salvatorem corri- puit, dicens: venisti ante tempus torquere nos, nam praeterquam de falso crimine corrigiebat, non secreto, non remotis arbitris, sed vociferatione de- fectum vulgabat. Clamaverunt, dicentes: venisti ante tempus torquere nos. Damonij ergo vestigia subsequuntur, qui coram populo, peccantem secreto fratrem corrigient.

Si u, qui cor-  
rigere nititur: ita  
sugeratur, offendit,  
ante quam corrigat  
nam cum p[er]u, ip[s]o  
debet, accendit aut  
iuste vltianer ob-  
tentu ad immuni-  
tatem crucis b[er]ni  
ffranar. d. Greg.  
l. 26. Mon. l.

Qua peccantur  
coram omnib[us], coram  
omnib[us] corrigienda  
sunt, ut omnes ti-  
meant. qui secreto  
peccavit inter, secreto  
corripit. Nam si scilicet  
noti, et eum in co-  
ram alijs arguere  
non ei corripit, sed  
proditur d. Aug. de  
verbis Dni.

In auris aurea  
et margarita fulgens  
qui arguit sapienter.  
Dicitur 25. Eo sacro  
sapienter arguendus, et  
agglutinet correctio  
aurib[us], ince a lius aubus  
et sic habebit corrigi-  
sicut in auro aurib[us]  
aurea.



## Parallela Biblica

Applicatur

ad feriam 3. post Dominicam 3. quadrage.

Abigail virum suum  
Nabal inconvulsionem  
arguit, sed post. 1. Reg.  
24. sustulit illud. Eccl.  
9. In convulsione non ar-  
guat proximum 31

Corripe eum inter te, et ipsum solum. Ne et iniustitia committatur, si oc-  
culti criminis correptio fieret divulgatio; et ne manifesta culpas ablato  
pudore peccatorem reddat effrenem. Idcirco de bono nomine curam  
Deus nobis indicit, et Christus impense honori corripiendi in presentiarum in-  
cumbit. arcessitimum secretum corripienti precipiens: corripe eum inter te,  
et ipsum solum

## Parallela 9.

Luca. 13 v. 6. Arborem ficu habebat,  
quidam plantatam in vinea sua, et  
venit querens fructus in illa, et non in-  
venit: dixit autem ad cultorem vinee:  
Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens  
fructum in ficulnea hac, et non inveni

Matth. 21 v. 18. Mane revertens in civi-  
tatem currit, et videns ficu arborem  
unam secus viam, venit ad eam, et  
nihil invenit in ea, nisi folia tantum,  
et ait illi. Nunquam ex te fructus nas-  
catur. arefacia est continuo ficulnea.

Misericordia, et  
veniam obviaverunt  
sibi, iustitia, et pe-  
ccata sunt. Ps. 84  
v. 16  
quo intelligunt  
omnes significari:  
deum in omnibus, quae  
agit servare misericor-  
diam et iustitiam. Sanderigh

cum igitur Miseri-  
cordia, et iustitia deus  
iugiter committitur.  
ne indignationes inco-

elat quantumvis sec-  
lentibus peccatis, sed  
ad misericordiam  
accurret; ne tamen  
reprehensibilis confiden-  
tia cadat in manus  
iustitiae. Non recipi-  
xit in duram miseri-  
cordiam sedas, deus  
vestris talis inveniens  
in degenatione in-  
cedit, et in miseri-  
cordia dei deliquit.  
eius autem iustitiam non  
revertitur, sed miseri-

cordia eius innotuit,  
dicant illi: Medicae  
Misericordiae Domini mag-  
na est, multa medicatio-  
ne aperiunt misericordiam  
Eccli. 5. v. 5

## Dubitatur

Quare una ficulnea tam diu expectatur ad  
fructum, et altera tam cito adducitur ad  
supplicium?

## Respondetur

Duplex huius peccantium genus innuitur, et admonetur. Et qui confi-  
dentia peccant, et qui desperatione delinquant. Nec una ficulnea au-  
deat fructum debitum denegare, quia Dominus alteram ficulneam per  
tres annos sterilem sustinuit, neque quae per tres annos baculum sterili-  
tatis commisit, desperet prorsus remedium. Sunt etenim peccatores, quos  
diu expectat Dominus ad penitentiam, et peccatores sunt, quos deus tormen-  
ti aduclit statim, ac peccant. Inscrutabilia Domini sunt iudicia, timen-  
da potius, quam investiganda. Nec cum Domino disputandum, quare tem-  
pus penitentiae uni concessit, et alteri non indulget, sed omnia peccata ob-  
vianda, nec in huiusmodi periculis illudatur.

## Applicatur

ad feriam 3. post Dominicam 3. quadrage.



ad feriam. 4. post dominicam. 3. quadrag.

quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies? Di-  
cit illi Jesus. Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Et  
quomodo Petrus, cui tam ampla dimissio peccatorum indicitur, statim  
ac Anania, et Saphira peccarunt illos de medio sustulit? Nimirum, ut nec  
confidentiam amplam, et diuurnam dimissionis plura ingeminarentur peccato,  
nec qui saepe peccant, de dimissione suorum peccatorum diffident. Deinde  
multi die ad penitentiam expectantur, alij nondum peccant, cum exam-  
plo puniuntur.

Parallela Biblica

ad feriam. 4. post dominicam. 3. quadrag

Parallela. 1.

Luca. 16. v. 5. Dicebat primo. quan-  
tum debes Domino meo? At ille di-  
xit, centum cados olei. Dixit que illi:  
accipe cautionem tuam, et sacle, etu  
scribe quinquaginta

Luca 16. v. 5. Deinde alij dixit:  
Tu vero quantum debes? qui  
ait; centum coros tritici. At  
illi; accipe litteras tuas, et scri-  
be octoginta.

Yagato lapis ac-  
conditur aqua, oleo  
resanguitur. Plinij  
l. 26. c. 19. saepe  
iuder inconditur  
aria pellicula casta  
veritate, sed ronn-  
guitur zelus ar-  
dens mimbriter oleo  
munuuli deliburat

Dubitat  
quare habentibus aequale debitum datur  
inaequalis remissio.

Respondetur

Remissio illa, non a deo, sed ab homine facta est. Et tunc hu-  
mana remissio dilatabitur laxior, cum delinimentum olei suborne-  
tur copiosius. per cados olei habebat, ille generosius remittitur scribe  
quinquaginta. En quinquaginta cadi dimittuntur, cum viginti tritici cori  
alteri dumtaxat releventur. accipe litteras tuas, et scribe octoginta. Olei  
lenis effusio efficax fuit iugiter negotiatio. Quo plus olei inter Mini-  
stros dilabatur, eo plus debiti Regalis debitoribus absorbetur. Hanc artem  
apprime didicerant de datis, et acceptis rationem cum Principibus posi-  
turi, ut ore alieno gravati de tanto debiti pondere olei pharmaco  
allevarentur.

oleum autem  
peccatorum non  
impinguit caput  
meum. M. 1. 2. v. 6.  
Nec adulationis istius  
sed munus oleum  
figit, quod inquit in  
versu sequenti, oleum  
Absorpti sunt iuneri  
petra iudices co-  
ny nummis iudices  
qui licet sauci vi-  
desant, oleo mune-  
rum delinuntur.

Applicatur

ad feriam. 4. post dominicam. 3. quadrag.



Non lavant manus. Nulla maior calumnia imponi potest: Mini-  
stri Principum, nam sores in manibus Minorum totam solent  
maculare Republicam. Et totius regni pernicii ex inunctis Ministro-  
rum manibus viseret emanare. Testem advoce miseram Hispaniam  
et eius quosdam ministros, qui tam avari, quam manibus illoti de-  
cori, et honori Hispano infamem maculam misceerunt.

## Parallelum. 2.

2. Reg. 18. v. Adhasit caput eius  
querere

2. Reg. 18. Vocavit que titulum  
nomine suo: Manus Absalom. \*

## Dubitatur

Cui defuerunt manus in morte, quare  
glorietur de manu in sepulchro.

## Respondetur

Quasi negotio gestu (ait D. Athanasius hym. de sem.) per manus Absalonis,  
id. quod futurum erat, oblique significavit. Manus, que coronam a patris  
capite auferre tentaverat, ut rea amputata, palam mercedatur appendi. Ma-  
nus, que Absalom suam architectabatur gloriam, in sepulchro ipsi in oppro-  
brium: et inde perennaret thersera infamie, unde fundaretur signum hono-  
ris. Ex pilorum coma a coma arboris tenebatur (ait D. Chrysol. hom. in 183.)  
et coma tenebat coma tyrannum: illic eum contundenis, ubi et adema pater-  
num gestare contendebat. Absaloni igitur evenit in manu, quod sensit in  
coma, que eripabatur olim ad coronam, et postea vile subijt manus fenu-  
li ad suspensium. Manus denique vite sepulchro apponitur, que ad capillos pen-  
dentes non extenditur. Per capillos enim desideria, et cogitationes adumbrantur, et  
manus, que non exigitur inspirationes caelestes, et rationis impulsus, repel-  
tur facile, amittitur ignominiose.

## Applicatur

ad feriam 4. post Dominicam 3. quadragesime

Non lavant manus suas. Horum manus calumniantium appendantur  
ad decubata hy poestitarum sepulchra, qui de manibus gloriantur purificati  
et de illotis visceribus respirant fetidas cogitationes homicidia, fornicationes,  
adulteria, furta, falsa testimonia, et blasphemias. qui exprobrarunt illo-  
tas manus Discipulorum, et laudarent equidem lotas Pilati manus decedens san-  
guine maculatas. Hae sunt, que coinguinant hominem; non lotus autem  
manibus manducare non coinguinat hominem.

Zisca Hussitarum  
Dux, et Imperator fr-  
tissimus, iam mortu-  
us, cum a militibus  
interrogaret, quo-  
modo de sepeliri cup-  
ret: Rellem mihi  
mortuus detrahite,  
relieto que feri ca-  
lavere, ex cuncte tym-  
panis facite, que in  
praelis utamini.  
Et sic ut hactenus vi-  
ventis aspectus non  
ferbant, ita mor-  
tui sonus fugos ad-  
ornantes audire  
nequibunt. Anca  
lym de rebo. Hylor  
Hic consona, alij  
disona remmina  
ta monumenti  
affigunt



ad feriam .4. post Dominicam 3. quadrage

Parallely 3.

1 Reg. 1. v. 12. Anna loquebat in corde suo, tantum que labia eius movebant, et vox penitus non audivit. Estimavit ergo Heli eam temulentam.

2 Reg. 2. v. 23. Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio res pessimas ab omni populo

Dubitatur

Quare Heli publicos filiorum defectus non vidit, sed audit?  
et Anna adhuc apparentem defectum vidit, et non audit?

Respondetur

Quod de oculis philosophatur Descartes de S. Vie. l. 4. c. 12. vel Heli etiam adaptabitur. In celo, ubi oculus utique non est, stellam videt, galpibrum, nido que latet, non videt. ceteri sensus adherentia sentiunt, atque discernunt; solus oculorum sensus ad herentia hebet, ad remotissima viget. Huc concinit D. Hieron. l. 9. ad dicens. Solemus mala domus nostrae scire novissimi, ac liberorum, et coniugum vita vicinis canentibus, ignorare. Decantabantur in tenebris filiorum salaces Veneres, cum levi sonus intonantium scandalorum ad aures patris Heli pervenit. Et Heli, qui labia modestissima Anno veridiffusionem precum mutantia observavit perperam ad malitiam, sequidem estimavit eam Heli temulentam, ipse domus sua probra, et infamiam ignorabat ad correctionem. Oculis dicebatur Israelitice republice, et cum ad remota acceretur Argos, caligabat talga ad herentia

Applicatur

ad feriam .4. post Dominicam 3. quadrage.

Non lavant manus suas vident alienarum manuum impuritatem, et intimas cordium sordes non sentiunt. Cassi sunt ad invicera sua crimina, et aquilini oculi alienorum minimos scrutantur defectus

Parallely 4.

Matt. 23. v. 28. Occurrerunt ei duo habentes claudonia, de monumentis exiunt, savi nimirum

Matt. 23. v. 29. Clamaverunt, dicentes. quid nobis, et tibi seu fili dei vivi. venisti huc ante tempus, torquere nos?

Dubitatur

Quare, qui sepeliendo vivos ante tempus torquebant, audient conquiri, quod ante tempus torquent?

\*  
Lamia cum formidat, sicut in oculis habet, quibus omnium constantissima lustratio, eadem domum rediens nupen claudit, pueri vel in vernali reponebat. Pluribus de curiosis acris tate sic plures unio de senumque domos alieni, se aut, et domo pueras ex- uant in, pueris.

sapientis oculi in capite eius. Eccl. 2. Ase ipso sapienter meschat inspectionem

Oculi stultorum in frons sua Prov. 17. In rebus a se remotissimis, et sui negligens, a lions scrutatur spectare oculos collocat.

Hypocritarum non vident pro bonum in oculis suis, et notari famulam in oculis proximum.

in Smyrna templo speculum fuit quod egregia que que species admodum deformas recedebat caurim, l. 12 symb. 52. Demonei ars ut exprime in alijs suis fide detestem.



## Parallela Biblica

## Respondetur

sepius sua atra-  
mentum emittit, quo  
circumfusa ab oculis  
picantium remu-  
veretur. sic calumnin-  
toris astuti sui nostri  
alios inveniunt, ut  
incolumes iphi orn-  
dant. quod si lucer-  
na sepias atramenti  
accendatur, adstrans  
vultus horribiles, et  
plume si thioyas fuerit  
Plinij, l. 32. c. 10 sic  
maligna vultu a-  
liqua maculis infecti  
reliquos conatur in-  
ficere.

Non solum Damonum insolentissima audacia, sed etiam hominum est  
visitata impudentia; infamia, quae ipsi obscurantur, alios sububulare. Et pal-  
lo alijs appingere indignam notam, quae iure merito ipsi verissime inveniuntur.  
Tempus Damon abscindit (Chrysologus, inquit serm. 16) prævenit morsorum,  
sepelit vivos crudelitas immatura, et de tempore queritur. Hac arte ef-  
frons audacia excacare cogitat auditores. quia enim sibi persuadeat  
eo periculo claudicare maledicium, quod probro videt alteri vertere? Si An-  
na Bolera Anglia pestifera licet, cum immundus typhus foret lascivus, et  
punitatis normam iactabat, et castissimas matrones de impunitate, arrodendis,  
luxuriam suam de humana consuetudine deviare satagebat. quid audacius! quid  
insolentius!

## Applicatur

ad feriam 4. post Dominicam. 3. quadrages.

Non lavant manus suas o impudentissimus malitiae dolus. Manus  
eorum mactabant sanguine homicidiorum a sanguine Abel usque ad san-  
sum, cum vivens semper usque adeo igneceret flammans

fallitur augu-  
rio spes bona sape  
suo. Ovid. Ep. 10



+

causa actum

Genes. i. v. 2. Spiritus Domini fe-  
rebatur super aquas

Marc. 5. v. 12. Mitte nos in porcos. Et mag-  
no impetu grec precipitatus est in mare

poterit decurare, si  
aut necessitate sub-  
sistat, aut utilitate  
viget, aut honestate  
splendescat, aut cum  
affectu mentis tota  
valeat substantia op-  
ni tolerari. opus non  
esse, sed ex causa fit  
crimen: nec aliqua  
virtuti ostentatione  
clarescat, cui volup-  
tati originem praebet.

Dubitatur  
Quare tam spiritus Dei, quam spiritus Daemonis  
ferrebantur in aquas?

Respondetur

Aqua natura saporem nescit, colorem ignorat, velorem non habet, ad omnia  
indifferens, quatenus omnia nesciens. Et carnem pellucidam emblemata  
multarum actionum, quae indifferentes in homine quoad speciem omni-  
theologia fecerunt, et etiam quoad individuum theologi insignes defendunt.  
Ideo a creatione mundi spiritus Domini ferrebat super aquas, quate-  
nus actionibus humanis indifferentibus finem Amoris Divini imprimere co-  
nabatur. Aetate opera decursu vitae recepta in casum abeant, cum summo  
gratia divina sanctorum dari possent, diem honestus finis actionibus indifferentibus  
facile possint hominibus adhibere. Ideo a Daemones missi in porcos, ad aquas  
loquendo tumultu peruebant. Mitte nos in porcos. Et magno impetu grec  
precipitatus est in mare, ut imitandi spiritus aquam crystallinam macu-  
larent, de se actionibus indifferentibus hominem immundum finem indu-  
cerent. Atque comedendi, et potandi ex se indifferens est, si spiritus Domini  
ferretur super illam, si honestus in horae finis, manducandi, et bibendi  
poterit homo gratiam divinam thesaurizare. sed Daemones mittuntur in  
porcos, et postea insinuantur in membra hominum, cum quae finem gulae,  
vanitatis, et lasciviae cibi et potus immedant, actiones ex se indifferente  
reddunt peccaminosas. Natura rationalis specialissimum insigne pro alijs  
vivendis est cum finis, ut ad finem perfectissime actiones suas dirigeret.  
et plerique vel innumeratam sine fine operantur, vel pravo fine suos ope-  
rationes sigillatim.

Applicatur

ad feriam. V. in cena Domini

Cum dilexisset suos in finem dilexit eos. In cena Domini et actiones  
determinatae naturae suae ad Deum illuxerunt, ut Eucharistiae venerabile in-  
strumentum, et actiones ex se indifferentes exercebantur, ut ad communem cenam  
accedere; et utriusque Domini et Magistri edocuit Amoris finem in vice-  
randum In finem dilexit. Laus inter ceteros celebres mulierum fortis illo-  
quidem supereminuit. De ultimis finibus pretium eius Br. 31. Pedestres  
pensu laevi, et leni, neque illum, cum manum suam misit ad fornem; sed ad hunc

D. Chrysostomus de symb.  
quid tibi vis  
faciam Mar. 10. 51  
et Luc. 12. 41. Regu-  
dit Evangelicis, et  
Domine ut videtur  
rem indifferentis po-  
porcis unde exclamavit  
D. Bernardus de curis  
Apost. Paul. Act. 8. 9. ve-  
re caville, quia  
non contemnit, non  
expert, non excha-  
mant. Absit hoc  
Domini: tu ma-  
gis die, quidme  
facere velis, sic  
inim deest, sic  
omnino dignus  
est non meam  
ate, sed ame res  
pugni, et fieri u-  
lentiam. sed  
pro infelices ple-  
rius in his actibus  
indifferentibus, quo  
modo procedunt,  
et sine rationis vtu,  
nec reced finis im-  
positione peritatis  
venerunt. et proinde  
omni in gloria dei possunt operari.



ad feriam V. in cena Domini

cum digiti eius apprehenderent faciem, attonita applaudebat, et bona negotia-  
rio eius. Et unde tam locupletis usura? tam ditia generis israelitici? De col-  
omni finibus precium eius. finis usque ad os heremicis, perfectus que ve-  
l miraculis operibus intendebar, ut ipsa fusi opuscula, velam preciosam  
gloria filium dicentis manibus appararent. Bona est negotiatio eius... de ubi-  
mis finibus precium eius

Parallelum 3.

† Joan. 20. v. 14. Vidit Jesum stantem, Acin. 6. v. 55 Intendens in caelum, vi-  
et non sciebat, quia Jesus esset. dit gloriam Dei, et Jesum.

Dubitatur

Quare Stephanus patiens Jesum cognoscit, et  
Magdalena amans Jesum ignorat?

Respondetur

Amor caecus est, quo plus diligit, plus caecatur. celebratur Stephanus in la-  
pidebus martyris aciem oculorum exacuens, et Jesum in caelis attingens. sed  
celebrior dicitur Magdalena, dum amans nescit, quia ides caecior, quo amantior  
Meditabatur alibi S. Augustinus Mariam saepe monumentum dominici sinu  
inimico oculis sentantem. dum ergo fletet, inclinavit se, et prospexit in  
monumentum, ubi ai S. Greg. Item. 25 in Evan. certe iam monumentum va-  
cuum viderat, iam sublatum Dominum nunciaverat. quid est, quod se i-  
terum inclinat iterum videre desiderat? sed amanti semel aspexisse non  
sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. cumque  
continuo Amor videre dilectum, et dilecti scire benefacium exequendum inten-  
dat, exoculatus in amantissimi sermone caecatur. Quibus seraphim alii vel-  
bat oculos apud Isaia. c. 6. Quibus velabant faciem eius, insumptis oculis a-  
maris, exhaustis intellectum diligendi, inde caecus seraphimi oculis man-  
siste videbatur. Quibus velabant faciem eius

Applicatur

ad feriam V. in cena Domini

sciens Jesus, sciens Jesus, in finem dilexit eos. Exhaustis videtur sci-  
entiam sciens, sciens, dum sine fine indulget amori cum dilexisset, di-  
lexit. Nec immerito quodammodo paulo post velatus oculis caecus salvatoris  
pulebrescit amor. Et velaverunt eum, et percussibant faciem eius Luc. 22. v. 63. quid  
quid Amor Divinus sciverat, impendisse non videtur reliquos hominum intendit  
et Eucharistia cibum concionandi. Memoriam fecit mirabilium suorum, escam

Huc habet im-  
patiens amor, ut  
quem detulerit  
semper invenire  
se credat: igno-  
rat sequi dem-  
iudicium, et ra-  
tione multis  
caecet: nescit mu-  
dum, nec aliud  
cogitare potest,  
quam quod diligit.  
D. Ambros. contra  
se Arianos.

Amant, quod  
cupit, scit, quod  
sapit, non videt.  
Sicca in dicitur.

Pate Amor  
caecus deingit  
du, in obsequio  
rei amata ocu-  
lorum, mentem que  
totum videtur im-  
pendisse. se de-  
el amor per ver-  
enque que de agra-  
dar

Paulus apertis  
oculis nihil vide-  
bat Act. 9. Amor  
caecus gloria nos  
oculorum arripit  
circumfusus cum  
lux de oculis



Uerba accepta  
scientia litterarum non  
ad dei gloriam, sed  
ad suam laudem u-  
tuntur, dum de ipis  
extolluntur, et ubi  
peccant, ubi peccata  
emendare debuerunt.  
D. Greg. l. 3. de sum-  
mo

dedit timentibus se. Ps. Eum quos se tuto insument scientijs, quin in-  
serviendo, et amando Deo scientiam insument. Quatuor animalium uo-  
rui dei colla sublebant Ezech. i. cum quae perspicacitas aquila vo-  
lucrum exulisset, et discursus hominis super pennas Aquila evulset, et  
leo uolaret ab dormiret, nihilominus planta pedis eorum quasi  
planta pedis vituli. Per uestigia plantarum quantum mouerent plu-  
rum Divinum erat censendum, non autem per uelocitatem discursus  
rationalis, nec per perspicacitatem aquila uolens, nec per oculos leonis  
vigilantis, sed per gradus vituli tardi, et motus motus curus diuini  
et glorie dei mensurabatur Et planta pedis eorum, quasi planta  
pedis vituli. usque adeo parum impendunt homines scientiam, et  
intellectum ad promouendam gloriam dei, cum Deus uideatur scien-  
tiam infinitam suam exhaurire beneficiendo mortalibus, et de longitudo  
homines sciens, sciens dilexit in finem, cum dilexisset

## Parallelum 4

Ut unioes tamen

in mari nascuntur +  
tamen plus habent ag-  
nationis eum celo,  
cuius faciem recl-  
dunt. Ita pius iac ge-  
nerat animam a celo  
pendet, unde ducit ori-  
ginem, quae a terra,  
in qua uixit, tempus  
mundani pelagi  
tolerat, ut faciem  
caelestem inducat, et  
ad portus Margarum  
duodecim ipsi  
propeller undans  
labris elevans ag-  
gellat ranguos ad  
portus. Theophilus.

Juan. 13. v. Sciens, quia omnia  
dedit ei Pater in manus

Math. 20. v. Non est meum dare  
uobis, sed quibus paratum est a Patre

## Quaeritur

Quomodo poterat aliquis non esse filij, si omnia in  
manus dederat filio Pater?

## Respondetur

Non dixit: non possum dare sed non est meum dare uobis. Ac si  
diceret. Sententia est animo distribuendi munia iuxta singulorum  
talenta, et donandi praemia iuxta cuiusvis merito. Potestis bibere  
calicem? Responderunt. Possumus. si ergo dedi uobis posse ut coro-  
nam mereri calorum sedes, non est meum sedes calorum donare gra-  
tia. Operetur quisque iuxta vires desuper inditas, et qui quinque ta-  
lenta accepit, quinque fanori det talenta; et decem talenta tradat,  
cum de talentis rationem reddat. sunt non rari, qui calorum sedes  
discipiunt, et cum accepta ad elicerandos calos innumera receperint ta-  
lenta; nullo suctores, et summa desideria uellent in cali sedibus delitiose  
sedere; quibus indicatur. Non est meum dare uobis, negotiamini, et  
fanoramini, quando quidem potestis Possumus. Eliseus bis pallio por-  
cussit aquas, ut viam ipse inueniens flumen adaperiret; cum semel  
pallium applicitum Elia siccam semitam per undantes flucius strasset.  
Et merito, iam enim Eliseus duplicem spiritum hauserat, et

Non est ad aera  
mollis e terra via-  
seri. Horat. per.  
Ita ad a the-  
reas per magna  
pericula sedes, at  
nullo inferni poma-  
labore uacat.  
uering.



tenebatur ut duplex operari, qui duplicatum talentum obtinuerat.

Percussit agros, et non sunt divisi. Et dixit, ubi est Deus Ebrae etiam novus.

Percussitque agros, et divisi sunt huius, atque illius. 4. Reg. 2.

Parallelum. 4.

† Actor. 3. v. 6. Argentum, et aurum non est mihi.

Actor. 4. v. 35. Afferbant pretia eorum quae vendebant, et ponebant ante pedes Apostolorum.

Debitatur

Quomodo aurum, et argentum Apostoli non habebant, cum tunc thesauri pedibus Apostolorum subirentur.

Respondetur

Quinimo aurum, et argentum Apostoli non habebant, quia non manibus palpabant, sed pedibus aurum, et argentum calcatum despiciebant. Afferbant pretia eorum, quae vendebant, et ponebant ante pedes Apostolorum. Non recipiebant ut suas, quia meditabamur alienas. Dividebatur singulis, pro ut cuique opus erat. Nec enim imbibebant proventus ecclesiasticos ad familias pompam, in auctoritatis aucupium, ad maiorem elevationem, ad mensa splendidae quotidianam opulentiam, sed ut necessitatibus pauperum illius subvenirent. Atiebaris Paulus 1. ad Thim. 6. v. 8. Habentes alimenta, et quibus tegamur, hi contenti simus. unde si de datis, et acceptis ratio strictissima formaretur, constaret plus datum, quam acceptum. Eandem ergo iam pauperibus auro, et argenteo, adhuc invenit pedes claudis apud Berrum, mens igitur argentum, et aurum pedibus Petri subiciebatur, qui, dum pedibus aurum calcet, bases claudis facile consolidat.

Applicatur

ad feriam v. in cena Domini

capit lavare pedes discipulorum, et pedibus Apostolorum eluendis manus divinas porrigit, in quibus Pater omnipotentis gratias collocaverat sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus. Tantum referebat, ut inde edicerent ecclesiastici conculcantes pedibus, quod avarus, et ambitiosus mundus capitibus pleniusque superimponit. Puscirca ecclesia in mulieris insignis umbra delinea. Apoc. 1. 2. Durum lenam, id est, temporalium sub pedibus contemptum protulit: lena sub pedibus eius; lucidis coronatur. In capite eius corona stellarum, et pretiosas vestitur

Prophetia

pastores auctores  
hum Domini. v.  
no ego dicit Domi-  
nus deus, quia  
pro eo, quod facti  
sunt greges mei  
in rapinam, et  
ovis mei in deu-  
rationem omnium  
bestiarum agri co-  
quod non esse partem  
neque enim quesi-  
erunt pastores gre-  
gem meum, sed  
pascabant similes  
et greges meos non  
pascabant. Ezech. 34.  
qui Episcopus  
desiderat bonum opus  
desiderat. Exponere  
voluit, quid sit Episcopus  
Episcopus: qui nomen  
est operis, non ho-  
noris. D. Augustinus,  
et habet in decretis &  
2. 4. canon. qui Episcopus  
Episcopus.

Ante omnia peto

ut cogitet religiosus  
proclonia tua nihil  
esse in hac vita, et ma-  
xime hoc tempore fa-  
cilig, et levig, et homi-  
nibus acceptabilis Episcopus  
si officio sui per sen-  
ctorem atque adulationem  
ret agat. D. Aug. ad  
Valerius.



Amicis sole, sed hoc postea sequenti parallela elucidabitur.

Parallela 6.

Apocal. 12. v. Luna sub pedibus, Exod. 32. v. 4. fecit ex eis vitulum.

Authores autem  
est gravitas, et emi-  
nentia quaedam ut  
probitate, scientia,  
mentis potentia,  
vel honoris sum-  
mas gratia curis  
diutis, factis pugna-  
rum defirmis.  
Non autem pompis  
malis, sed virtu-  
tibus acquisitionem.  
nil nisi  
causa Exod. 32.  
veritas. c. 12.

Ipsi pastores  
ignoraverunt intel-  
legendis. omnes in  
via suam declina-  
verunt, unusquisque  
ad avaritiam suam  
a summo usque ad  
novissimum Esa. 56.  
v. 11

Quaeritur

Quare Luna in capite Idoli, et Luna sub  
pedibus Mulieris?

Respondetur

In Muliere illa tot splendoribus insignita signum magnum, Ecclesia  
lucido periculis est delineata; eodem Ecclesiastici lunam, id est compon-  
tia bonis pedibus conculeta derisuerunt, ut stelle lucentes, et ut sole  
iracharunt amicis sole, et in capite eius corona stellarum. In vir-  
to autem Ecclesiasticorum novissimum apparet emblemata, ut gens deo  
in hostiam, et sacri fœderum specialiter consecrati. sed semiluna viruli  
in capite, dum aures comitur, augurium avaritiae innuitur: et pretium  
auri non pedibus subici, sed capiti imponi ostenditur. Afferbant pretia  
enim, quae vendebantur, et ponebant ante pedes Apostolonem Arca. He-  
uismodi opus sacerdotum, et Evangelii Aaronis noxium admodum populo  
fuit scandalum; cum non tam adorat populus sacerdotum, quam in-  
cerdotum aurum, et splendorem; nec Ecclesiasticorum autem sit  
est in virtutibus, sed in vanis ostentationibus. Luna sub pedibus  
eius; atque idem serens setus, quia omnia dedit ei Pater in manus  
capit lavare pedes Apostolonis omnia dedit sub Apostolonem pedibus  
ut in luna esset sub pedibus Ecclesiae, et non lunare capite Ecclesiasti-  
corum.

Mendicitate,  
et divitias ne dede-  
ri mihi; tribue tamen  
vietai meo necessa-  
ria Prov. 30. 9.

utrumque enim grandi  
temptationi est obnoxius  
sicut divitias neq-  
ligentis parit salutem,  
ita gestas, dum saturari  
cupit a iustitia declinat  
D. Ambros. super Ezech. Pauli

Parallela 7.

Matth. 4. v. Hoc omnia tibi sob. v. 8. testa sanem radiebat, se-  
clatu clens in sterquilino

Quaeritur

Quare Satanas, s. Iohs cuncta subvertit, et  
Christo. d. omnia promittit?



Respondetur

Quibus excivit O. Ambrosius Laminus. dicens. Illi patrimoniam auferatur, huic regnum orbis offertur. Nec impudenter tentator suggestiones discriminavit, unum divitibus alliciens, et alterum paupertate deterrens. Optime enim inquit M. D. P. Oliva tom. 5. lib. 8. Extra Ecclesiam, qui spoliantur, irumpunt in blasphemias voces, in Ecclesia, qui opulenti sunt, percalitantur. S. Iobis sarcinam typo adimuntur armenta. rapiantur ovilia; Christo autem ecclesiasticorum capita offeruntur civitates, et possidenda regna exhibentur. Præterea nulla vehementior tentatio nobili locupletis instat, quam cum despicibilis pauperis imminet; secus etiam nobili pauperi nullum periculosius certamen obicitur, quam cum irritamentum divitiarum proponitur. Vtriusque duplex emblemata datur, cum in rustica bobæ de aramo ad thronum excoctis, et vero deitatis eulorum sibi perperam arroganti Exod. 32. Tum in collos illo capre rusticissimi metalli conflatis, et ad tactum lapidis in cineres deductis.

Sextus pauperem fore non curat in sa pironi ctedi- ebant. Insuper nobiliter, dom di- nam, multum ditionis bellis que caritas, et oryide, existit multa timentur documen- ta Parricij, horum

Applicatur

ad feriam V. in cena Domini

capit lavare pedes Discipulorum. Iam ex tunc progrediebatur canelore pedes ubi paulo post apponenda forent tot populorum divitia. Afferbant pretia eorum, que vendebant, et ponebant ante pedes Apostolorum Actus. c. 9. cum nullum sit noxius scandalum pauperibus, quam divitiarum, et divitiarum nulla imminet clamnosior tentatio, quam paupertatis explosio. Quam innocentiam ut innocentiorem excruciet Herodes, dum amittendi regni suspicionem agitabatur deamitur? Matth. 2. Ubi nam non seaturerunt secleratissima facinora ob comparandas divitias. Adhibeat Deus manus suas ubi apponenda sunt divitiae

Paupertatis pedere eos debent qui inveni eam ferant; laudem sibi eum ducere, et, qui vltro habi- rent. Plurimique impunit. Anus, e carnis Menoni

Parallelum

3. Reg. 12. v. 27. fecit duos vitulos aureos, et dixit eis, nolite ultra ascendere Jerusalem. Ecce dixi Israel

Os. 10. v. 11. Vaccas Boethaver coluerunt habitatores Samariae.

Quæritur

Quare Oseas Vaccas inscripsit, que a S. Jeroboam vitulos appellavit?

In facie plus offendit navus, aut verrucula, quam intoliquo corpore granolis maculis, aut castrices. sic exigua delicta magna videntur in principio, cuius vitum conspicuus est. Olanho in Meml.



## Respondetur

ut solū defectu  
magnum mortalibus  
perniciem trahit: in  
Reguerror etiam le-  
ni, magnam tamen  
rebus humanis gignit  
perniciem.

sicut in corpore  
si aliquid mem-  
brum in firmat, non  
omnino languet sto-  
machus, si autem  
stomachus languerit,  
omnia membra  
inveniuntur infirma.  
Sic si aliqui Christiani  
peccaverit, non omnino  
peccant sacerdotes,  
si autem et sacerdotes  
fuerint in peccatis,  
totus populus convertitur  
ad peccandum.  
2. Thymoth. in Matth  
2. L. Romul. 32

ut animadvertent Principes, superiores, Patres familias defectus suos  
etiam parvulos grandia quidem scandala parituros. Vitulos con-  
flavit Ieroboamus fecit duos vitulos. Et paulo post, quos vitulos  
Ieroboamus effudit, faciendas, et adultas vaccas prophetam Oseas de-  
lineavit Vaccas coluerunt. Etenim superiorum, et Principum  
peccata quantumvis parvula nunquam sterilia, et minuscula ma-  
nent, sed in scandalum crescunt, et in aliarum nozarum genus foam-  
dantur; ex quo ubere fonte vitiosi subditorum rivuli ebulliunt. Exod. 3  
Moyse pascibat oves, et quamvis bonus Pastor, tamen nonnulla  
macula pedibus inhaerebant. Solve calcamentum de pedibus tuis. sed  
nec steriles illorum pedum plantae cernuntur. Viro enim Pastoris colu-  
brum germinavit. e. q. versa est in colubrum. Mac enim Pralatorum, et  
superiorum maculatae plantae absque fructu scandali sterilescent. Ubi  
et faciendi sunt defectus Patrum familias, et Reipublicae.

## Applicatur

ad feriam. in cena Domini

Capit lavare pedes Discipulorum. secutioni sunt pedales vestigia  
Apostolorum, et vel minima in illorum plantis maculas germinaret in  
secutoribus maximas sordeles. Ezech. 1. quatuor viventibus sacri trium-  
phali currus divina gloria glorie traherent. quatuor statuum, sive  
gremiorum emblemata celebrantur. In Leone Militia, in Aquila littera-  
tura, in homine curia figurabantur. In vitulo autem hierarchia Ecclesiam-  
ca lucebat, et de vituli planta sacerdotum adnotat, quod Planta pe-  
dis eorum quasi planta pedis vituli. faciendi plantae, quae tot vitulos  
germinavit ad currum <sup>Dei</sup>; cum aliam plantam tot hircos germinet ad pedem  
diaboli

## Parallelum 9.

Sed quia patris  
est dominus, in hoc  
ipso genitricis, et  
indulgentis eius  
sui lacrymis formi-  
lemus suel. 3. igni  
tartari suffocatus  
imbis lacrymarum  
effendit.

Abacuc. 3. v. 5. Egredietur diab-  
lus ante pedes eius

Lucas. 11. Lacrymis caput regere  
pedes eius

## Dubitatur

quid machinabatur Diabolus ad pedes domini  
et quomodo ibi machina Diaboli poterint  
suffocari?



## Respondetur

Situs Penitentium ad pedes Domini collocatur, ibi ergo Diaboli machinae intenduntur, ibi satanae insidiae delitescunt, ut Penitentia rite non fiat Egredietur Diabolus ante pedes eius. sed Magdalena inundantem lacrymarum imbrem superfundens Diabolum obrueret, ne velox fugam Diabolus caperetur Egredietur Diabolus ante pedes eius. lacrymarum caput regere pedes eius. statim, ac remittuntur in Sacramento penitentiae crimina, Egrediar, erumpit, exadit Diabolus in abyssum, ignis inferorum extinguitur, cum pluvia lacrymarum effunditur. sic meditataur d. Bernardus serm. 6. in cant. dicens. En secus corporales pedes tacens audit peccatrix: remittentur tibi peccata tua, et recognoscat eum, de quo legeras, Egredietur Diabolus ante pedes eius. Eamorem 3. Reg. 18. Nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Opone ad pedes saluatoris cuius homini inerat tibi vestigium) anima elevatur ut nubes, quae et pluvia roris illacrymati ignem tartareum extinguit, et ipsa verticem gradus fastigiat virtutibus attingat.

## Applicatur

ad feriam. V. in cena Domini

capit lavare pedes discipulorum. Ibi scaturiebat fons pellucidus Penitentia. Ibi introiit in sedam satanas, quia inde exierat erat Judas, exiit continuo, nec enim ubi rite sacramentum penitentiae administratur, et recipitur, Diabolus subsistere potest exiit continuo. cuius crystallinis torrentibus totus inferorum ignis Diabolo deperiret, et curis carnis flamma inmerescerent. sed ubi corda penitentium non eliguntur dolore percussa in lacrymas, nec doloris ulla comparant vestigia, non extinguuntur, sed vorati ore inferni flamma concreverunt. Huiusmodi aquarum vel unam guttam de lacu ignis Quis Avans disrupit, et quia vel unam guttam de illius oculis non manavit, vehementius inferni flammis Quis linguam torquebat.

## Parallelum 16

Isais 6. v. 2. seraphim stabant super illud: sex alae uni, et sex alae alteri: duabus velabant faciem eius, et duabus velabant pedes eius, et duabus velabant

Joan. 13. v. 9. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes meos, sed et manus, et caput.

Neque per inde amicum fontes flando reddunt hortos ut plantam de precatione penitentis fontes lacrymarum irrigantes faciunt in summam celsitudinem excurrere  
d. Chrysost. hom. 8. de fide Anne

O lacryma humilitatis tua penitentia, tuum regis tribunal iudicis non vereni: inimicorum tuorum accusationibus silentio imponi. si sola intraveni. vacat non relictis: magis cruciat diabolum, quam penitentiam in foveas d. Hieron. in Epist.



## Parallela Biblica

## Dubitatur

+ Quare seraphimus plausibilis amat, quam Petrus,  
cum hic pedes, et caput offerat, et ille caput  
et pedes Domino non sacrificet?

## Respondetur

Isaia 14. In caelum  
conscendam, super  
arca dei exaltabo  
humum meum. Tam pec-  
cat in nimietate a-  
scendit. Mattha. 23.  
Haec omnia tibi da-  
bo, si caederis a dora-  
deris me. Tam in ali-  
ud extremum vergit, ni-  
mirum quod deus de-  
secrdat. Ita pessimi  
spiritus est in nam pro-  
gressio in extrema via  
delabi

Deus non arrectet obsequijs indiscretis, nec indulget amoribus  
imprudensibus. En Petrus in nimietate propendet, iam refugit  
dare pedes. Non lavabis mihi pedes in aeternum, iam non solum por-  
rigit pedes, sed caput etiam abluendum rogat. Dicit ei Simon Petrus  
Domine non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. A planta  
igitur pedis usque ducitiam Petri imprudens percurrit, et indis-  
cretio per extremitates vagatur. Seraphinus autem assuebat arden-  
ter amore, et lucebat amanter prudentia, cum affectuum vita-  
ret extrema faciem regens, et pedes velans: Quibus velabant faci-  
em eius, et duabus velabant pedes eius. Mediam que tenens  
viam, se se ad utrumque promptum ostendit, ut bene adno-  
tauit ibi Lyranus dicens: Volabant ad signandum, quod An-  
geli semper sunt parati ad divina ascendere, et ad inferio-  
ra descendere secundum Domini voluntatem: ideo vola-  
tus in medio loco disponitur, quasi ad utrumque parati.

cum secum  
animus proxima  
reputat, simul  
que immensa pe-  
cunia, et potentia  
animis obvertat,  
cedet pro, et salus  
alio. Tacit. lib. 15  
annal.

Magna immi-  
net bonis desperans  
us ab ignavis septa-  
my ducens non  
aspiciunt. Cuius  
pecunia ancedit,  
quod meriti ducunt.  
Xenophon in Decem.

## Parallelum. 11.

Juan. 13. Sciens, quia omnia  
dedit ei Pater in manus, cepit lava-  
re pedes discipulorum.

Prov. 30. v. 28. Stellis mani-  
bus nititur, et moratur in a-  
libus Regis

## Dubitatur

+ Quare, stellio nisu manuum palatij gratiam  
assequitur, et Apostoli lotionem pedum  
Regis Regum gratiam adipiscunt?

## Respondetur

Non per meritum gradus, sed per scalam munerum  
in actibus terrenis ad hunc mundum ad hunc assuet pate fieri?



stellis manibus nititur, prospera stella affluat influxa, qui in  
 adibus regis porrigit manus munusculis plenas, qui sic mani-  
 bus nititur, fastigia palatiorum apprehendit, vertices dignitatum  
 attingit, honorum culmina scandet. Et morabitur in adibus Regis  
 Rex autem Regum caelestis Christus non ad manus discipulorum at-  
 tendit in munera, sed ad candorem pedum in recitacionem passu-  
 um. Ne alicunde adores de manus, sicut a procederes de passis. Genes.  
 40. De ergastulo Bincerna trans fertur ad aulam regiam, et de eodem  
 carcere Distur trahitur ad patibulum; cum tot meritis ad mium  
 canis morum caput coagulasset, quot cibos arte pistoria in suis  
 canis cogisset. Et ego vidi somnium, quod tria canisra habe-  
rem super caput meum, et in uno canisra omnes cibos, qui pi-  
unt arte pistoria. Et tamen Distur affigitur ad lignum, et Bincerna  
 adducitur ad palatium. Unde, nam in Distore solum egregia  
 militaverunt obsequia, et clara eniuerunt merita. At in pi-  
 cerne sagidissima offerrebantur munuscula. Et tradidi poculum  
Pharoni Praevalent ergo munera semper, et nuda merita sem-  
 per facinoris, vel infirmitatis misere subiciuntur.

Debus proinde  
 regis et annu-  
 li donabunt in  
 concione militibus  
 abstinentur et  
 civica, ac militare  
 corona insignia  
 fortitudinis. Illud  
 sane indicium  
 videtur parvitas  
 et helleboris, et  
 lenonibus, et pueris  
 tantis parvis, et ti-  
 midis abierit  
 alicui insignia  
 etiam de ferri,  
 et equum dignita-  
 te insignis, et  
 multa humilitati  
 esse venalia, in  
 multis sunt quibus  
 si habeant pecunias  
 quibus erigent. Nihil  
 comes. l. 15. hanc.

Parallelum. 12.

Luca. 2. v. 24. Ut darent hosti-  
am. Mene dimittis servum tuum  
in pace

Juan. 13. sciens, quia venit  
hora cui, ut transcat de hoc  
mundo. cena facta.

Accipe quoti-  
 die, quod quotidie  
 tibi prosit. sic vi-  
 ve, ut quotidie me  
 rearis accipere, qui  
 non mereris quo-  
 tidie accipere,  
 non mereris post  
 annum accipere  
 D. Aug. tractans illud  
 Matth. 6. Pan. 15.  
 Et ad magis s. dicitur  
 unius anni spatium,  
 vel aequivalentem  
 preparationem ad  
 communionem quamlibet  
 requirit.

Quaeritur

+ quare cum hostia datur, vel instruitur, Christus  
et simeon de hoc mundo transeunt?

Respondetur. 1.

Totus vita decursus quantumvis longae non est supervaca-  
 nea preventio ad unum sacrum dicendum, vel ad unam hosti-  
 am Eucharistia recipendam, et qui semel Missam celebravit  
 vel semel ad sacram synaxim recepit, sat habet, de quo apud  
 tribunal Christi d. rationem reddat. Id docuit semel celebrans  
 christus d. post viginti tres annos preparationis. Id admonuit vene-  
 rabilis senex simeon, qui per octo annos spiritum sanctum affla-  
 tus, et plenus expectabat illam divinam hostiam. Ut darent ho-  
stiam. Et ut hostiam recepit, illico quasi secundam communionem



b In Arca foederis  
cum Mana repo-  
sita fuit Aurum  
virga reflexa  
clenua vicam ad  
umbrae s. Eucha.

Resurgat lu-  
carius sibi ingruat  
corpore Christi d. fi-  
militariis et quasi  
duplici potatur.  
Ipsius, qui variis  
fructus sacram-  
entorum ad regulam  
Manae, et veniat  
altera Manae, ubi  
enim corpus Christi d.  
invenitur, duplex  
spiritus duplexque  
sacramentum est.

reverenter verius, cum de prima rationem reddideris, sibi non  
aggrueret tuis, ait Mune dimittis servum tuum Domine  
videant, qui saepe accedunt ad aras, quomodo prius se probaverunt  
ad accessum, et quam rationem postea de repetiti communioni-  
bus reddent. Dicitur ille, de quo meminit caput 20 Genesi, tri-  
canitra habebat super caput suum. ubi frequentatio communio-  
num adumbratur, et tandem ad patibulum ducitur, dum solum ad  
ostentationem, vel consuetudinem muneris panis ille frequenta-  
batur.

### Respondetur. 2.

b qui semel sacramentum celebravit, vel Eucharistiam recepit, deinde  
vitam caelestem elegere tenetur. Inle. cum Christus d. Eucharistia  
instaurat, quod venit hora eius meminit, ut transiret ex hac mundo ad  
Patrem; et cum hostiam manibus Simon habet, ut darent hostiam, ait  
Mune dimittis servum tuum Domine. In pallio Elia tam involutum, quod  
adumbratam Eucharistiam reveretur Origo Hostiarum, dicens Et darent. Im-  
pat. corpus tuum pallium tuum. Et cum Eliseo pallium Elia demittitur,  
duplex etiam spiritus indugetur, ut novam instaurat vitam, qui recipit  
Eucharistiam.



## Parallellum 1.

Gal. 1. 1. v. Septies in die laudem duxit tibi 1. Corint. 14. v. 19. volo quinque verba sensu meo loqui

## Dubitatur

Quare Septies, ut David, et non quinque, ut Paulus

Locutus est Salvator in cruce.

## Respondetur

filii Davidis cytharam parentis septem chordis ad crucis harmoniam adaptat. quamvis celestis harmonia ex octo sphaerarum motibus eductur; tamen quia illarum duas Mercurius, et Venus similem prorsus concertum edunt; ideo ex septem tantum vocibus coalescere dicitur; quod antiquitus in cythara est imitata: in qua licet octo files innederentur; septima tamen se insonabat concorditer, ut unus concideretur accensus. Quasi latus Plect. canens. Obliguitur numeris septem discrimina vocum

Septem autem efficit discrimina vocum, quia Turres interpreti septem tantum fidibus Orpheus utebatur, ut septem planetarum harmoniam emularetur. quamvis alij quatuor tantum nervos cythara annexerent, ut anni quadripartiti varietatem inuenerent. Alij autem novem, ut novem Musarum chorum perhiberent. Ceterum septem fidium testudine sua vox celebratur a Pindaro, et Venusina 3. car. 11. Tu que testudine resonas et septem callida nervis

Et quidem Amphion egregius citharodus hac cithara utebatur, ut asserit Philostratus. Unde Thebana moenia ab illo condita septem constabant portis, quia totidem Amphionis chordis saxa erantur sedibus ad fabricam nobis succurrer, et fortiter avulsarunt. Verius, suavius, et fortius Salvaui ad septem chordarum citharam harmoniam edens saxa movit. Penno scissas sunt, et novam nobis Ierusalensem musicam efficaciam construxerunt. septies Ierusalem urbem Ierichontinam circumivit, et clamore septies et urbe, et triumpho potius. septimo noctem die sacerdotes tollant septem buccinas. c. 8. unde D. Augustinus ait de Christo sequens ad citharam crucis canere. sonabat in perne, ut psalterium, quia divina operabatur miracula; sonabat in inferne, ut cithara, quia humana patiebatur tormenta. Et Bahlig Seleue. orat. 1. 4. Quis audivit trophaeum cantibus exercituum? loquebatur tantum, et hostis vincebatur

Novae adhierebantur rationes

Musitorum instrumentum sumpta comparatione docetur vsus interpretandi scripturae s. Corint. 14. v. 19. abusus collit. v. 12.

Musica turbata anima agitur que dolorem. solvat merito diuini, hominum que voluptas. quae sine misericordiam animi. nec amabilem, quae scilicet numerus superi verpantur et orbis. stricibus, Phabi qui sero ducet et aurea cali Astra suo agitant constanti facere motus. Hier. Phaleto

Ad musicum transco. docet me quomodo inter se accitas, ac graves voces consonent, Monstra potius quomodo inter adversa flebilis non emittam voces. Seneca Ep. 72



Ad maris rubri undas, ut ad crystallinum speculum repercat.

Ut quidam magni  
tes ferrum attrahunt;  
ac thamesis, qui  
in Athopia nascit  
ferrum abigit, re-  
spicit que. sic etiam  
in cruce aspera hebet  
ad gratiam, abige-  
batque cultor a b  
hominibus: ex tra  
mo in sim.

se.

Cumque septi-  
mo circum clau-  
gerent buccinas sa-  
cerdotes Josue. 6.  
Josue clementia  
sua benignissi-  
mas moras pale  
ostendit.

ut per septimanas  
liber dominica li-  
tioni <sup>sumbuto</sup> <sup>partic ab em</sup>  
per orare, et non de-  
ficere in eam  
Apostol.

Fertili ager est  
michi. R. vim fecun-  
dationis intellige: do-  
nis que celestibus sic  
vtere in duplici  
largienti. Petrus  
duo. 57.

sum, novum septenarius locutioni suscipitur mysterium, dum Europi  
fluxus, reflexus que memoratur. Eurigus dicitur frecon, id est mare an-  
gustum inter Sicilia, Baetica portum, et Evbaam insulam, quod unius  
diei, et noctis intervallo septici recurrit ex impetu, ut navigia requi-  
nantibus ventis plena secum arripit. Angustissimum mare asuevit  
Passio Redemptoris, si ad angores, quos perculit, attendatur, sive in dolorem  
vorticis consideratis vergat, sive in sanguinis undas aciei mentis collinet.  
Hic septem verba tam ad homines fluentia, tam refluxentia ad Patrem, vel  
remittentibus certam claritatem humani, et oblatantibus agnoscere factis ven-  
tis vanitatem vela plena ad se traxit. Idcirco ipse prodixerat. Si exalta-  
tus fuerit a terra omnia traham ad me.

Septenus etiam numerus regia maritima Christi. I. de-  
beatur. Nec contemnendum inde auspiciam Moais regi sortitur, quod  
dum Galenus sic adnotavit l. 2. de dieb. secretis dicens: Mihi quidam fre-  
quenter venit in mentem septimi diei naturam consideranti. Regi assi-  
milare; sextum vero Tyranno: ille quidem clementior, velut benignus  
Princeps est, quem uelocandum suscipit, vel partem supplicij admittit, vel  
victoria illumat. Hic contra pernicie gaudet, et salute dolet. spem con-  
antit hic illine saluati Regis, ut videtur. Iesus Nazarenus Rex, numerus  
que locutioni Domini septenarius; et hinc nunquam sacri laudata canis  
regi benignitas e cruce efflagitant. Pater dimitte illos; tum perillius  
Regis liberaliter offerentis: Hodie mecum eris in Paradiso; et quod ma-  
ximum est ardentissima chariti dicens: Ecce mater tua.

Ut librum vitæ saluatorem mechanis d. Ambrosius  
inquit, at que de foris scriptum, sigillis indige per vulnecum scissus  
restorari; perpende, inquit, quia totus hic liber in septenariis numeris  
consistit. Ecce vicit leo de tribu iuda, radix david aperire librum, et sel-  
vere septem signacula eius Apoc. 5. sicut sunt septem Ecclesia, septem  
candelabra, septem stelle, septem lampades: septem cornua Agni: septem  
oculi: septem Angeli tubi canentes, septem tonitrua, septem iudem  
Angeli phialas habentes. sic d. Amb. super Apoc.

Nihil septemfluvius in presentiam etiam Christus  
videtur, cuius undarum largissima effusione fertilitatem virtutum que  
ex septemfluvio ore, e septena allocutione, omnium bibula corda ac quironi  
Jordanis cernitur, ad cuius saluiferos agros Naamam leprosi septies  
immergendi mittuntur, ut mundissimi reperiantur. Appropere ergo ad aquas  
vivi, qui mundus oneratur mare, mortuum.

Ad septem verba hæc remigravit ad vitam de-  
functus Orbis. Dixerit, cuius resurrectioni totus sic Eliseus incubuit  
q. Reg. 4. oscuravit puer septies, et aperuit oculos, sed idem oscuravit, qui



Et secus posuit os suum super os eius. Cum ergo homo quatuordecim annis  
septies in die cadat, septies ponet saluare os suum super os eius, et munda  
suscitatus orietur septies. Afferunt Physici vitalitatem partus naturalis  
in mense septimo, secus vero in mense octavo; unde septenarius nume-  
rus, ut auctor vult a Medicis celebratur. Tunc sic; alter filius in Ioanne  
Deipara virginis nasciturus erat; garrus felix, qui in septenario numero con-  
tingit; vitalitas enim tam fortunati partus comprobatur. Ece filius  
tuus; ecce mater tua Joan. 19

Prostantiores cali stellas septem assignat S. Ana-  
stasius Senais t. 9. Biblioth. PP. tit. de Og. et Die. ubi act. Aliam quidem voca-  
vit Sagittariam, aliam ven Dociam, aliam autem Prosteccam, aliam Ty-  
phonem, aliam Lampactiam, aliam Pegorem, et aliam Solom. Sic inter  
Salvatoris verba, septem hae quaedammodo nitidior, et septem annis lucidi-  
tibus videntur dignius assimilari, quattuordecim alia sydem cali enarrant  
gloriam dei

Sacculus Lobaeus in speculo clericorum fol. 102 notat quod cli-  
cunt Hebraei, et Rabbinii septem fuisse guttas sanguinis ex vulnere sacrae  
regis diffuentes; quas pro sua in Regem observantia religiose in templo cu-  
stodiunt Hierosolymis, et Babilonici hostes contumeliose dissipant. Tene-  
mur igitur et nos altiori iure septem verba regis nostri cui sanguinem  
bricam religiosius in visceribus catholici custodire.

Sub septem clausuli artem Politicam in thro-  
no cuncti Dominus complectitur, quae aliunde magni volumini hae  
agere in claudunt. Ut sunt status, ac variae formae rerum publicarum,  
haurum instaurum, incrementum, status, declinationes, ac intensiones, le-  
ges, pax, seditio, et causa seditionum: bellum tum civile, quam exter-  
num civium, et civitatum diversio, conditio status Nobilium, et ig-  
nobilium; civitatum aedificatio: agrarium Republicae, ac modus congre-  
rendi, pecuniae: exactio tributum, foedera, iudicia, divortium Magna-  
num electio, ac divisio; principatum distinctio: morbi, et ma-  
lum publicorum remedia: variae formulae Principum mercandi, ubi  
datur electio: generis successio, mutationes regnorum, tyrannidi oc-  
cupatio, religio, disciplina militaris, consultationes, consilia & ut  
meditanti constabit; et huiusmodi scopum elaborare nobiliter intendenti.

Septem quoque Mundi miracula septem Domini  
verba possunt adscribi. O. Gregorius Nazianzenus septem Orbis Mirabilia  
sic enarrat. Quorum primum Aegyptus sunt Thebes centum portas habon-  
tes. Huius miraculo consonant portas cali, quae se aperuit primo verbo  
Salvatoris sui Desiderii dicens Pater dimitte illis. secundum Orbis miracu-  
lum: Murs Babilonis a semiramide coctis lateribus, et bitumine constructi  
ivecum stadionum trecentorum latitudine cubitorum octoginta. Huius mi-

Nati sunt mihi  
filij. D. Desces  
amare pluralis  
quam te dices  
ardentissime fili-  
gere. Erre. Dial. 70  
In is depar plu-  
quis se rickur  
nos inde amare

Verba patris  
in articulo mor-  
ti clarior igni-  
los veritatis in  
filijs imprimunt  
Theophyl.

sicut videri  
coerit labia  
tua cant. 4. Videri  
nubricata sanguine  
ipso videri religa-  
vit ad labia.

ut laudatur  
in hoc Timotheus  
quod in omnibus  
eius operibus plus  
semper intelligit  
quam pinguis. In  
optimum orationi  
genus, in qua pluri-  
mum agitationi  
relinquunt, pauca  
narrant, et plus in  
est sensus, quae  
verbosus. Plinius,  
l. 35. c. 10



Sicut margarita inclusa cochleis posita sunt in profunda mari: sic mysteria divina verba inclusa posita sunt in altitudine sonus sacre scripturae. D. Chry. in c. 7. Matth.

miraculo correspondet Latine transgrediens in Chnris inaccessibilem murum Pandisum. In Deo meo transgrediar murum Ps. 11. v. 30. cum secundo verbo salvam aet. Stodie mecum eris in Pandeto. Tertium orbis miraculum adnumeratur in Caria Mautli sepulchrum ab Arthemilla uxore fabricatum. Huius accinit Vrenus virginis Miana olim thalamus, nunc amulus divini signi Ecce mater tua. Quartum miraculum orbis instituerunt Pyramides Aegyptiae in anathema oblivionis humanae consignata, et quasi defunctorum Heroum lingua acuminata, ingenique clamore affligentes in memoria hominum in perpetuum vivi exsistant. Huius miraculo haeret quantum verbum Domini voce magna dicens Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me. Quintum orbis miraculum dicitur in Rhodo Colossus, statua Apollonis. Cui apponitur solus in eius verbo radij sui amoni ipse se insinans, ut ipse diceret Sitit. Sextum orbis miraculum sequitur capitulum Romanum dum erigitur; cui correspondet caput salvamini, cum ad sexum verbum inclinatur. Et inclinata capite. Septimum expletis orbis miraculum Aetiani templum in Italia. quod satis superque superat templum, quod construxit salvamini ad verbum septimum de aeterni Patris manibus. Pater in manus tuas commendo spiritum meum

Jesus Pariter ut Rex subiens, a sole ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini, sed a quo digne laudabile nisi ab ipse Janseny, vobis.

Ex numero septenario Cynosuram Astronomi configurant: quae constellatione Urna etiam, et Altare nominatur, et perenni fluxu dicitur elucescere, sive dum maneat, sive dum ad vesperascat. Altare, et Urna salvatoris corpus ad mortem usque vesperam amare ortus gratiae influxibus perennantibus pro stellis septem scintillas in ven tenebras ad salutem, et irradiat septies ad gloriam.

Sicut vitula coecina labia tua com. 4. Labia Domini sanguine purpurata quasi vitula coecina. Deum et hominem enudavit.

Septem verbis, quasi septem zonis sol sumit Chry. D. Patrem amplexatur dicendo in manus tuas commendo spiritum meum; cum quasi cinguli et latronem prendit ad Paradisum, inimicosque de cruce condonans illaqueat ad gratitudinem. Sol etiam iuxta Philonem testimonium perhibebit de divinitate sub septenario numero complicata; siquidem duplex aequinoctium efficit, unum sub signo arietis quando ver novum effloret, alterum sub signo Librae, quando Autumnus maneret; hoc mense septembris accidit, illud mense Martis contingit: et quoniam extremitatibus menses septem computantur. Sic sol iuxta non insignis Agni, et in signo Librae dum in signo crucis non aequinoctium sed eclipsum formae numerum septenarium honoravit.

Denique Septenarium numerum Tullius rerum omnium nodum vocat in Som. scy. Et Virgilius pro re inaccessa numerum potuit Septenarium, et re felicitatis voticom deingeret; aut o torque, quaterque Beati Desi Septies Beati. quod ex Tibullo quoque comprobatur sic accensente. Omnia felicem torque, quaterque Rom



13. Eleg. unde proverbium coaleuit septem convivium, novem convivium  
 exare D. Bonaventura in lib. incipit Prima sac. so. p. 1. ait. Christus fuit  
 medium septiforme: medium essentia, quod est de consideratione Meta-  
 physica. Medium distantia, quod est de consideratione Mathematica.  
 Medium Doctrinae, quod est de consideratione Dialectica. Medium mo-  
 destiae, quod est de consideratione Ethica. Medium suscipiendi, quod est de  
 consideratione Politica. Medium concordiae, quod est de consideratione  
 Theologica. Tanto septenaria locutione in cruce mysteria Salvatoris indidi

Neque si quis  
vulnus accepit, et  
medicinas non di-  
ligenter alligabit  
non medicinas,  
sed proprio claudis  
vulva est. Non  
vis alligari verbis  
bonis, sicut sa-  
cris Theodori.

## Parallelum. 2.

Pater

Luce. 23. v. 34. Pater dimitte illis  
non enim sciunt, quid faciunt.

Genes. 1. v. 3. Dixit que Deus: Fiat  
lux, et facta est lux.

## Dubitatur

Quare in creatione Mundi primum verbum edidit

Creator circa formationem lucis: et in reparatione

Mundi primum verbum protulit Redemptor  
 circa condonationem

iniquitatum?

## Respondetur

Quia sicut lux, ut creatura illustrior primum videatur mereri apud  
 creatorem locum, sic iniquitatum dimissio clarius, et illustrius opus vide-  
 tur apud Redemptorem existimari. Quid refert, quod sol eclipsam pati-  
 atur, quod quae tenebrae incumbant super universam terram; dum tamen il-  
 lumini offensarum remissio radiat lux, quae illuminat tenebras terrarum or-  
 bem. Non fuit antea, nec postea tam longa dies, cum sol exisset, ut solus  
 ultionem de hostibus plene sumeret e. 10. In presentiarum quasi nebores  
 suffusus velat radiorum faciem, dum sciam videt non inimicorum ul-  
 tionem, sed Advocatum. Ex hac luce radios ad nos colligendis pergam.

Advocatus apparet in verbis Dimitte illis, non enim sciunt,  
quid faciunt; et iudex cernitur in tribunali severo crucis. Quomodo  
 adeo diversa amice sociantur factores? Nimirum; omnibus huc usque tribu-  
 nalia pro excelsis thronis, et operis semis solis consentitur, et appetuntur: sic  
 enim testatur ambitio, sic acrius elatio. sed Christus d. humilitati imitatur,  
 et clementis professor, cum vergat in pietatem, cruciatur ut iudex, si con-  
 vertitur ad rigorem: si adigitur ad indicenda supplicia, hinc illi tormenta in-  
 stant, hinc illi crux erigitur. Exclamaret hic Seneca, si hoc calleret, dicens



lit. de Clom. c. 22. Constituit bonos mores civitati, et provincie, et vitia  
cuius felicitas compescit, si patiens eorum est, non tamquam probet, sed  
tamquam invitat; et tamquam magno tormento ad castigandum veni-  
at. Verecundiam peccatis faciens ipsa clementia regentis. Cuius cle-  
mentia offensa est clam Domini commendatio, ut ait Erodus in vita  
Epphanij. Magnum quid, et divinum sapit offensus clemens

Pro impijs pietissimus, pro sceleratis innu-  
 centissimus clamat Dimitte illes, et paulo post Patris manum utramque  
 posuit: In manus tuas commendo spiritum meum. O disertissima  
 Domini Poluxia! cum enim ipse ultionem generi negligit, veretur ne  
 Pater irator ad vindictam citissime inflammetur, et quo mitior filius  
 charitate exundet, ne Pater acrior ad ultionem properet, Patris occupa-  
 re manus praetendit, ne inimici incidant in manum Dei viventis, sed in  
 manus Deum defunctorum amplectentes, et spiritum pietatis respirantes. cum  
 iuxta Paulum horrendum sit incidere in manus Dei viventis.

Sanctissimo Innocentio salvator peccatoribus ve-  
 nitiam sollicitabat, cum dulcem Patris titulum proponebat Pater dimitte  
illes. vado ad Patrem meum, et Patrem venium. Nec enim cum Patris  
 recordatione poterat vindicta subsistere severitas. sic adnotavit d. Chry-  
 sost. hom. 25. ditionem inter extremas illas supremi iudicis decessiones; cum  
 Iusti dicit Venite benedicti Patris mei, possideite paratum vobis regnum  
Proscitis autem cum indicat damnationem, dulcem Patris nomen clarissimum  
omittit adhaec ad maledicendum, sed idem ait Discedite a me maledicti  
in ignem aeternum. Mene Chryzost. Discedite a me maledicti, non addit  
Patris mei, ut superior benedicti patris mei

Igitur dum in cruce condonatur, tenebras fugat  
 lux facta est, ut cognoscatur Redemptor, dum nitet generatus condona-  
 tor. quia olim salvam dedit Ego, et Pater unum sumus Joan. 10. sume-  
 lerunt in chimum lapides; hic lapides non attolluntur in vulnere, sed con-  
 teruntur in planum Remo scisso sunt Matth. 27. Hic in unum remis-  
sorem cognoscunt adorandi. Vere filius dei erat, quem antea ignorabant offen-  
dendo. Itaque in unum condonatio divinitatis adstare cluclida cogn-  
itio. Luc. 24. Apparuit Dominus discipulis in canaculo, et ait. quid turba-  
ti estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, et  
pedes meos. Ut cognoscatur ostendit manus? Ut notitia illius indubita-  
ta in gatur animi, monstrat pedes? Non ne certius, et notius argumentis  
mentes nutantes cogeret, sed diceret. Videte faciem meam? Melius quam, na,  
ut filius dei crederetur, certius testabuntur manus ille vulnibus, et cla-  
vis per forata, non autem fulmina, sed beneficia in inimicos prudenter.  
 Illa foramina divina, ex quibus non vindicta, quia data porta ruit;  
 sed amor, et beneficentia, quia aperitur ianua, profleat. Pedes illi, quos



sacra stigmata non accelerant gradus ad supplicia, nec recedant gressus ad favores; sed per hiatus carnicum beneficis lux irradiat, ut inter calgarum umbras recta via advolet amor ad dilectionem. Lucerna in pedibus meis. Psal. Ebulleunt igitur ex furcibus purpureis claritates, que maneducant in notitiam filij dei. sic persecutus incredulus desuper-  
 las exclamavit dominus meus, et deus meus

Lux condonationis effulget Pater dimitte illi:  
 et crucis arbor sub umbra sua adumbrat peccatores: ubi Christus d. coronatur spinis, de spinis sibi dolorem, et hominibus umbram disponit. Hinc tenebrae factae sunt super universam terram; iam enim ex crucis arbore divinus cruore irrigam, pompose provenit vestita umbras circumquaque propitios circumfunduntur. Sud. 9. Tenent ligna, ut ungerentur super se Regem. Repulsam obtinuerunt Eri-  
 cyanus olea, ficus, et vitis. Dixerunt que omnia ligna ad Rhamnum veni, et impera super nos; que respondit eis. severe me Regem vobis constituitis, venite, et sub umbra mea requiescite; si autem non vultis, egredietur ignis de rhamno, et devoret cedros Libani. florida quidem hic conceptivum pullulat sylva, et regimini sui virtutes, sive defectus omnes amene colorantur. Methodius apud Psal. in Bibliot. ficum cum fico paradesi componit; vitem cum vitibus Nucum; oleum confert cum oleo legis Moyses in deserto. Rhamnum alij Christum assignant. ubi Redemptor igni charitatis exardens, sibi spinas assumpsit in coronam, et quasi filia gominavit de arbore crucis hominibus in umbram; cum que ipse patitur spinarum acuminis de folijs contexit umbram protectionis sub umbra mea requiesce. . . Dimitte illi. Eambram quiescebat Elias sub umbra arboris. 3. Reg. 19. Proiecit que se, et obdormivit in umbra sumperi. ubi Septuaginta interpretes pro sumperu transcribunt Rhamnum.

### Parallelum. 3.

Lucæ. 23. v. 42. Et dicebat ad deus

Lucæ. 23. v. 43. Et dixit illi deus

Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso

### Dubitatur

Quare cum poscitur Regnum, tunc promittitur Paradisus?



J. Regni solium  
consecrati. d. locus  
late conspicuus, pa-  
tentem que omni-  
um uelutis, peri-  
culorum ignavis, la-  
boriosum uerdy-  
ficem que uicti  
Bonucentum Rex  
seruus est publicus.  
Sennacherib. Dial. 96.

In regnum ueni.  
d. Aliquid ibi for-  
san periculis glo-  
ria reperitur, sed  
quicquid nihil  
idei ibidem.

Illud assidue  
in ore habuit for-  
ner Agostinus, dicitur  
cyprius non molli-  
tie, deliquit, sed  
temperantia, ac forti-  
tudine prouidet  
hominibus antea-  
lone. Plethura-  
lacon

securus cel-  
sa consecrati, qui  
se in paulum non  
bui approbavit, et  
certo proceclis facti-  
gio, qui gradati,  
potius accipit.  
Cassiodorus d. uir.  
Ep. 13

Si Saluator responderet, ut Rex, non utique diceret Hodie me-  
cum eris, sed ut Hispanè dicitur. Yo me acordare de vos. Et ut ait  
Seneca. Maiores est beneficij gratia, quam minus diu pependit. Et messus  
non regnum, sed Paradisum uocat, qui delicias potius quam uegetalia  
subleuit anxie elicitat; qui non a suis prouincijs sanguinem exsugit,  
sed pro suis sanguinem prodiget; qui non expulsiat populos ad maesta-  
tem, sed in cruce nudus prociuit se ad tyrum parsimoniam; qui terram  
